 4

EXERCICIOS LITERARIOS
DE
RUDIMENTOS,
SYNTAXIS,
PROPIEDAD LATINA,
POETICA, RETORICA, FILOSOFIA,
MATEMATICAS, Y HISTORIA,
QUE SE HAN DE TENER
EN EL REAL SEMINARIO
DE NOBLES
DE ESTA CORTE
LOS DIAS 15.16.17 y 18 DE DICIEMBRE DE 1776.
POR LA MAÑANA A LAS 10 *POR LA TARDE A LAS* 3½

MADRID CIↃIↃCCLXXVI.

Por D. Joachin Ibarra Impresor de Cámara de S. M.

CON LAS LICENCIAS NECESARIAS.

CAROLO. III

HISPANIARVM. ET. INDIARVM. REGI

PIO. FELICI. AVGVSTO

QVOD. REGIVM. SEMINARIVM. MADRITENSE

A. PHILIPPO. V. PATRE

NOBILIS. IVVENTVTIS. INSTITVTIONI

EGREGIA. MVNIFICENTIA. ERECTVM

AD. EXCOLENDA. PRAESTANTISSIMIS. PRAECEPTIS

INGENIA

ET. AD. FORMANDOS. OPTIMIS. MORVM. INSTITVTIS

ANIMOS

SVB. EIVS. TVTELA. ET. PATROCINIO

NOVVM. NVPER. INCREMENTVM. ACCEPERIT

EIVSDEM. SEMINARII. ALVMNI

HAS. THESES

DE. LINGVA. LATINA. DE. POETICE. ET. RHETORICE

DE. PHILOSOPHIA. DE. MATHESI. ET. HISTORIA

IN. PERPETVVM. GRATI. ANIMI. MONVMENTVM

DD. OO. CC

DD. N. M. Q. E

CERTAMEN PÚBLICO
DE RUDIMENTOS,
Y SYNTAXÎS,
QUE
EN ESTE REAL SEMINARIO
DE NOBLES
TENDRÁN
ALGUNOS CABALLEROS SEMINARISTAS
EL DIA 15 DE DICIEMBRE DE 1776,
BAXO LA DIRECCION DE SU MAESTRO
D. ANGEL VAZQUEZ MILLAN.

alar to

MADRID CIↃIↃCCLXXVI.

Por D. Joachin Ibarra Impresor de Cámara de S. M.

CON LAS LICENCIAS NECESARIAS.

CLASE
DE RUDIMENTOS.

En el estudio de todo idioma los primeros elementos consisten en el conocimiento de las partes de la oracion, con todas sus propiedades y accidentes; esto es, en saber la definicion y division de cada una de ellas, en dar á los nombres la declinacion y el género; y á los verbos la conjugacion, particularmente del presente, pretérito, y supino; y explicar la naturaleza y calidades de las partes indeclinables, dando razon en todas ellas de su composicion, derivacion y anomalía, los casos, números, personas, voces, tiempos y modos, en que se usan ordinariamente, sin olvidar la concordancia, que guardan algunas entre sí, segun lo permite la instruccion de esta clase; porque el conocer bien, así esta concordancia, como el régimen de los casos, pertenece á la Syntaxîs. Esto es de lo que prometen dar razon los Caballeros, que se presentan á exâmen. Pero como todo esto se conoce mejor en la práctica de algun Autor Latino, y hayan parecido mas acomodadas para esta Clase las Fábulas de Fedro, qualquiera de los concurrentes podrá señalar la que gustare; y en ella, despues de puesto el orden natural, y traducida en Castellano, se explicarán la naturaleza y accidentes de las partes de la oracion, que es, como queda dicho, la parte de Gramática, que pertenece á la primera Clase. Los Discípulos, que en medio de su corta reflexîon, y la turbacion, que les causarán los primeros exercicios públicos, á que se presentan, darán pruebas de este conocimiento, ván puestos en la Clase siguiente.

CLASE
DE SYNTAXÎS.

EL perfecto conocimiento de las partes de la oracion, que se enseñaron en la Clase anterior, el del régimen, enlace ó union de cada una de ellas para componer una Construccion Latina, son los dos objetos de esta enseñanza. Este conocimiento donde le mostrarán los Discípulos será en la traduccion de los Autores Latinos en Castellano, y en la Version del Castellano en Latin. Para esto se les ha instruido en la Syntaxîs propria y figurada. En orden á la primera dirán, qué partes de la oracion rigen á otras, y cómo; y qué partes se juntan á otras, y en qué forma, que es á lo que se reduce el régimen y Construccion. En quanto á la segunda dirán, y conocerán en los Autores la Colocacion, Addicion, Elipsi y Variacion; mudando las oraciones de activa en pasiva, y al contrario; y resolviendo los participios por los tiempos, que les correspondan. Para la traduccion del Latin en Castellano se han destinado á esta Clase las Fábulas de Fedro, y Cornelio Nepote: de aquellas recitarán de memoria (si fueren preguntados) el Libro primero, y segundo: de éste la vida de Epaminondas, y Eumenes: y para la Composicion Latina les señalarán los concurrentes un pasage de los Varones Ilustres de Hernando del Pulgar, ó del Catecismo Histórico de Fleuri, en que procurarán evitar los defectos mas comunes de Syntaxîs, que son los Solecismos. Los Caballeros, que darán muestras de su adelantamiento en sus respectivas Clases, son los siguientes:

D. Felipe Benavides y Lamda,
D. Ramon de Aguila y Corbolan,
D. Fernando Silva y Castejon,
D. Ramon Zalvide y Zaldua,
D. Juan Tineo Ramirez,
D. Ramon Postigo y Poyo,
D. Cayetano Diaz de Mendoza,
D. Pedro Terreros y Trebuesto,
D. Sabino Rodriguez Campomanes,
D. Francisco Alvarez de Toledo y Gonzaga,
D. Pedro Alvarez de Toledo y Gonzaga,
D. Ventura Alvarez de Toledo y Gonzaga.

CERTAMEN PÚBLICO
DE LA BUENA VERSION,
Y PROPIEDAD DE LA LENGUA LATINA,
QUE
EN ESTE REAL SEMINARIO
DE NOBLES

TENDRÁN

ALGUNOS CABALLEROS SEMINARISTAS

EL DIA 15 DE DICIEMBRE DE 1776,

BAXO LA DIRECCION DE SU MAESTRO

D. JUAN DE ARRIBAS Y SORIA.

alas 3 ½

MADRID CIↃIↃCCLXXVI.

Por D. Joachin Ibarra Impresor de Cámara de S. M.

CON LAS LICENCIAS NECESARIAS.

CLASE
DE LA BUENA VERSION,
Y
PROPIEDAD LATINA.

DOS cosas deben observar en sus exercicios los Discípulos de esta Clase : usar quando traduzcan los Autores de propiedad y elegancia en las voces castellanas , é imitar á estos mismos en sus Composiciones Latinas. En quanto á lo primero , que es la traduccion , no hay cosa mas dificil (y por lo tanto mas apreciable) que una buena version propia , pura y sin baxeza , en que por lo comun cada uno sigue su genio , no debiendo seguir sino el del Autor. En quanto á lo segundo , que es la imitacion de los Autores, que se han traducido , usando en las Composiciones Latinas de palabras propias , puras y escogidas , con la recta y debida colocacion de la oracion ; esta sola parte es tanto mas dificil , quanto es una de las mejores de la Retórica , que es la elocucion.

Uno y otro , pues , traducir con propiedad y componer con pureza y elegancia , no se puede practicar sino despues de mucho tiempo , y á costa de mucho trabajo y exercicio ; lo que no habiendo tenido los Caballeros , que se presentan á exâmen , por haber empleado un año solo en esta Clase , y en la de Syntaxî , no pueden tener los exercicios con todas las calidades correspondientes á ella ; y así solo para que los haya de todas , y para dar una prueba , aunque ligera, del método con que se procura enseñar las Humanidades en este Real Seminario , se presentarán al público los Caballeros siguientes:

D. Gabriel Manso del Aguila,
D. Joachin Pacheco y Tizon,
D. Lorenzo Soto y Lonton,
D. Josef Lorieri y Alpuente,
D. Antonio Gil de Arriaga,
D. Manuel Azedo y Atodo:

Quie-

Quienes traducirán en los Comentarios de Julio Cesar, las Cartas Familiares de Ciceron, sus Oficios y el tomo primero de Tito Livio. En ellos darán razon, si fueren preguntados, de la Syntaxî adornada ó figurada, segun las observaciones que escribió Heinecio; y por último compondrán en Latin el pasage que se les señale de la Historia de España del P. Juan de Mariana.

CERTAMEN PÚBLICO

DE POÉTICA, Y RETÓRICA,

QUE

EN ESTE REAL SEMINARIO

DE NOBLES

TENDRÁN

ALGUNOS CABALLEROS SEMINARISTAS

EL DIA 16 DE DICIEMBRE DE 1776,

BAXO LA DIRECCION DE SU MAESTRO

D. MANUEL BLANCO VALBUENA.

MADRID CIƆIƆCCLXXVI.

Por D. Joachin Ibarra Impresor de Cámara de S. M.

CON LAS LICENCIAS NECESARIAS.

CLASE DE POÉTICA.

Bien sabido es, que no todos los talentos son proporcionados para hacer conocidos progresos en la Poesía. Porque además del estudio de los preceptos del Arte Poética, de la leccion de los mejores Poetas, y un continuo exercicio en la composicion, requiere esta facultad una gran viveza y fecundidad de ingenio, concedido á pocos, que distingue á sus alumnos de los entendimientos comunes. Pero enseña la experiencia, que perficiona el arte las facultades de la naturaleza en unos, y que las excita en cierto modo en otros, desbastando y puliendo con el continuo estudio aquellas rudas cortezas, con que la misma naturaleza encubrió en todos los hombres algunas disposiciones para las artes, que son de pura imitacion. Y así divididos los exercicios, que pertenecen á la Poética en tres clases, que son el estudio de los preceptos, la version de los Poetas clásicos, y la composicion de latin en castellano, y de castellano en latin, á estos se reducirá el exâmen de los Caballeros, que han estudiado este año Poética y Retórica, que son los siguientes:

D. Antonio Adan y Velez,
D. Antonio Quadros y Alonso,
D. Angel Alebio y Jaubert,
D. Juan Loftus y Bazan,
D. Francisco Arriaza y Orejon,
D. Pedro Caro y Sureda:

Los quales, por lo que toca á preceptos del Arte Poética, además del conocimiento de los versos mas usados de los mejores Poetas, que medirán, y probarán, segun fueren preguntados, darán razon de la de Aristóteles, de la de Horacio, que han aprendido de memoria, y de la de D. Ignacio Luzan. Esta se ha añadido á las dos primeras, porque trata con mas extension, y con un orden mas acomodado á la enseñanza los preceptos de las tres partes de la Poesía, Lírica, Drammática y Epica: no siendo la de Aristóteles mas que un tratado de la Tragedia, en que solo por incidencia se habla de las demás composiciones; y debiéndose tener la de Horacio mas por una epístola crítica, en que sin guardar una seria distribucion, se propuso dar reglas del buen gusto y juicio á los Poetas, que por Arte entera y perfecta. Mas como en opinion de muchos hombres sabios en este punto, el precepto verdadero y mas util para los que estudian Poesía es aprender de memoria algunos pasages escogidos de los Poetas, cuyas imágenes vivas, y cuyas expresiones brillantes fecunden su entendimiento, y le acostumbren á aquella manera de decir y pensar; han estudiado D. Juan Loftus, y D. Angel Alebio los libros I, II, III, VI, VII, VIII de la Eneida de Virgilio, y los cinco de las Odas de Horacio: y el mismo D. Juan Loftus, D. Antonio Quadros, D. Antonio Adan, y D. Pedro Caro las Eclogas de Virgilio; de que recitarán los pasages, que se sirvan señalarles los concurrentes.

En quanto á la traduccion de los Poetas, se ha procurado hacer el principal estudio en Horacio, Terencio, Virgilio, y las Transformaciones de Ovidio; pero no obstante, traducirán además de estos en qualquiera de los Poetas clásicos, explicando la Historia fabulosa, y el Arte de los Poemas con todos los primores de la elocucion: aunque para ser exâminados de los preceptos en general traducirán primero la Poética de Horacio. Bien vemos que con estos Autores no se abrazan en toda su extension las tres partes de la Poesía, que arriba se propusieron; pues falta la Tragedia, que es, segun la opinion de algunos, y especialmente de Aristóteles, la mas principal de todas las composiciones; pero como de ella no nos queda otro exemplo de los Latinos, que las de Séneca, que además de ser muy desarregladas en quanto al arte, son poco correspondientes á la enseñanza por las costumbres; y deseando leerla con todos los primores, que la han añadido los Poetas mas modernos; se han leido en esta Clase algunas de Mr. Racine, Poeta generalmente conocido por el mejor Trágico de los Franceses.

La

La composicion en que estos Caballeros se han exercitado, ha sido á un tiempo en castellano, y en latin, despues de haber leido buenas traducciones de Virgilio, y Horacio, y algunas composiciones originales de nuestros mas famosos Poetas Castellanos: atendiendo á que aprendiesen á expresar primero en nuestra propia lengua la viveza de las imágenes, la sublimidad de los pensamientos, y todos los adornos del estilo, en que se distinguen tanto Virgilio, y Horacio; y á que comparados estos originales con las traducciones, y el lenguage Poético nuestro con el suyo, escribiesen en latin con mas auxîlios, y con algun conocimiento. Y así traducirán en Canciones Castellanas qualquier Oda de Horacio; y qualquier pasage de la Eneida de Virgilio en verso suelto: Y en latin una Oda, ó un Epígrama, ó unos versos exâmetros al asunto que se sirvan darles los concurrentes; á cuya prudencia dexamos el considerar, que no pueden sacar estos Caballeros de la Clase de Poética perfecto conocimiento de todas las calidades, que deben entrar en la buena Poesía, ni todo el exercicio que era necesario para componer bien, y mas en una lengua estraña; y que solamente se puede lograr, que con la leccion de los Poetas, el estudio de los preceptos, y haber vencido siquiera la dificultad de hacer versos, tomen gusto á este estudio, para que ilustrados despues con otros conocimientos, se puedan exercitar en él con mas fruto y alabanza.

CLA-

CLASE
DE RETORICA.

SUpuesta la misma distribucion de exercicios de la Clase anterior, preceptos, traduccion y composicion, y los mismos Caballeros para el exâmen, y que los preceptos de la Oratoria no están mas escritos para los ingenios de pocos fondos, que el arte de la Agricultura para las tierras áridas y estériles; se ha procurado que estudiasen estos Caballeros la Retórica por el mejor Maestro, á juicio de los hombres sabios, que nos queda de la antigüedad. Gran parte del tiempo nos ha ocupado la leccion de Quintiliano; cuyas Instituciones han aprendido de memoria D. Juan Loftus, y D. Angel Alebio, habiéndose contentado los demás Caballeros con estudiar otro Compendio mas moderado. Y además de esta Retórica tan completa, ha estudiado tambien de memoria el mismo D. Juan Loftus el Orador de Ciceron, obra tan apreciada del mismo, que no dudó exponerla á la crítica del mundo, como la prueba mas convincente de su eloqüencia; siendo así que era tan amante de su propia gloria, y sabiendo que se oponía en esta obra á las varias opiniones de muchos hombres doctos.

La traduccion del latin en castellano se reducirá á Salustio, los razonamientos de Tito Livio, las Oraciones, y el Orador de Ciceron, y el Panegyrico de Plinio: en que explicarán los preceptos de la Retórica. El hacer analysis de un razonamiento de Salustio, de Livio, ó de una Oracion, que no se haya visto de antemano, es negocio para tomado mas despacio del que dá el leer de pronto un retazo de un libro; y además es cosa en que no se debe emplear gran trabajo, habiéndosele tomado otros, que han escrito las analyses de todos los razonamientos de Livio, y de las Oraciones de Ciceron; pero no obstante explicarán el artificio del razonamiento, ú Oracion que traduzcan, especialmente en la parte de la elocucion, que como mas extensa ofrece mas freqüentes ocasiones de manifestar sus primores, y reyna en todas las demás partes como aquella que es la principal.

En quanto á la composicion, así por la mas cómoda distribucion del exâmen, como porque la variedad, yá que no los aciertos, divierta la atencion del concurso, y tambien porque no todos los genios de los Caballeros se acomodan á inventar de suyo para escribir, traducirán unos de castellano en latin alguno de los razonamientos de las Historias de Mariana, y Solís, y otros compondrán al asunto que se les dé algunas de las composiciones menores, como una alabanza, una invectiva, una exhortacion, una chria, un lugar comun, &c. porque para hacer una Oracion tal vez no alcanzará el tiempo; sin embargo, si para muestra quisiese alguno de los concurrentes dar asunto para una Oracion, los Caballeros D. Juan Loftus, y D. Angel Alebio compondrán lo que se les mandare con tiempo moderado.

EXERCITATIONES PHILOSOPHIAE PRACTICAE,

In quibus continentur

DISSERTATIO DE FINIBUS BONORUM ET MALORUM:

CODEX LEGUM NATURALIUM:

POLITICE, SEU DE REPUBLICA LIBER SINGULARIS:

QUAS

PUBLICO OFFERT EXAMINI

D. JOSEPHUS SOLANO ET ORTIZ,

IN REGIO SEMINARIO MADRITENSI PHILOSOPHIAE AUDITOR.

PATRONO

D. BERNARDO JOACHIM

DANVILA ET VILLARRASA,

IN EODEM SEMINARIO PHIL. PROF.

DIE 18 DECEMBRIS CIƆIƆCCLXXVI. HORA 3½

MATRITI CIƆIƆCCLXXVI.

Apud JOACHIM IBARRA S. C. R. Majestatis Typographum.

Superiorum permissu.

DISSERTATIO
DE FINIBUS BONORUM ET MALORUM.

γνῶθι σεαυτόν.

I. QUum ea sit disciplinarum ferme omnium natura atque indoles, ut externarum rerum notitia et investigatione comparentur: illa Philosophiae pars, quae moralis appellatur, quaeque sua utilitate alias longe superemiinet omnes, ex ipsa hominis natura haurienda est, ac in ipsius animi humani recessibus investiganda. Merito itaque Apollini maior homine tributa sententia est: *Nosce te ipsum*; qua cognitione et turbulenti animi motus sedari, et totius vitae ratio firmari ac stabiliri, et ad beatitatem via hominibus pandi atque muniri, si misera id hominum conditio ferat, sola possunt.

II. Naturam autem hominis attentius consideranti apparebit, simul ac natus est hominem sese commendari, ut se et vitam membraque tueatur, declinetque ea quae interitum aut destructionem afferre videantur; qua commendatione naturae prima boni et mali specie informatur animus. Cum autem processit paululum, et quatenus quidquid se attingat, ad seque pertineat, perspicere coepit; tum sensim incipit progredi seseque agnoscere; et quae naturae suae utilia sentit appetere, et propulsare contraria; qua progressione alteram boni malique notitiam adquirit, seu prima sese exerit ac propagatur. Iam cum adolevit, et et ratione se instructum videt, qua longe ante alia animantia se progressum esse cognoscit; tunc ad maiora se natum ac conformatum sentit; et cum praesentia praeteritis connectit, coniectaturque futura: ordinis ac convenientiae sensu tangitur, quo uti in rebus pulcritudinem, ita in actionibus decorem honestatemque perspicit atque miratur: qua honesti pulcritudine perspecta longe praestantioris boni notione mens percellitur; cuius dignitate ac specie priora illa obscurari ac debilitari oportet.

Atque hinc nascitur bonorum in tres partes descriptio: ut quae voluptate aut dolore indice hominum vitae integritatique membrorum conservandae apta sentiuntur, bona corporis: quae vero ex rerum externarum apparatu ad hominis conservationem perfectionemque quidpiam conferre videntur, bona externa appellentur: illa autem in quibus et ordinis et constantiae et dignitatis ratio elucet; quaeque hominis ratione praediti praestantiae consentanea esse videntur, et bona animi et honesta dicantur.

III. Iam praeclara inter Philosophos exoritur quaestio: quodnam ex his bonis sit summus supremusque hominum finis, quo sint omnia recte faciendi consilia referenda; quod sequatur natura ut ultimum ex rebus appetendis, quod fugiat ut extremum malorum. An voluptatis illecebris irretiti, dum quae corporis bona sunt unice curamus, brutorum vitam ducemus? An externarum rerum utilitate et specie deliniti, aut divitias summo labore comparabimus, aut labentes opes, cadentesque honores inani spe ambibimus? An virtutis pulcritudine capti, ad altiora nos natos esse sentiemus, ac honestum adamantes flagrantesque, superiora illa aut parvi aut nihili faciemus? Qua disputatione nihil Philosophia dignius, nihil hominum vitae utilius dici aut excogitari poterat; hac enim recte constituta via hominibus panditur ad felicitatem: infirmata autem et labefactata totius vitae constantia et ordo, ac officiorum omnium ratio simul everti ac prolabi necesse est.

Cum autem de utilissima hac sapientiae parte dicere decreverimus: hominis natura, bonique indoles iterum ad examen revocanda est; ut adinvenire possimus, virtusne honestasque solae adamandae sint: an sit bonum virtute ipsa praestantius, quo

sint

sint omnia hominum consilia, rationes, vota referenda?

IV. Animal illud, quod hominem appellamus, duabus partibus arctissimo inter se vinculo colligatis factum compactumque esse videmus. Quarum illa, quae oculis subiicitur, mirabili specie et pulcritudine sese commendat: facie erecta ac decora, manibus ad omnia aptis. Quodsi corpoream hanc machinam attentius introspicere velimus; quot miranda sese nobis offerunt portenta naturae? Quae organorum multitudo? Qui consensus? Quae partium solidarum et fluidarum harmonia ac vicissitudo? Qui harum perennis motus circulo non interrupto? Iam illae ad res externas cognoscendas apertae fenestrae, quam aptae! Quam miro nervulorum sanguinisque concursu coagmentatae! Ut, qui haec casu quondam evenisse dixerunt, non tam mirabili structura, praestantique hac corporis compage digni esse videantur.

Quae partes solidae simul ac fluidae, cum in omnibus hominibus eaedem sint, mirificè tamen variant; ex quo ad diversa nati efformatique a natura esse videmur. Sunt enim quibus celerior sanguinis motus ad altiora rapit: tardiore alii segnes desidiosique natura: alii hilares spe pleni: alii meticulosi et suspicaces efformantur. Has corporis habitudines, quae ex diversa partium solidarum ac fluidarum aptitudine et mixtura oriuntur, temperaturas vocant Philosophi, quibus in varias proclivitates inducitur animus.

Ad has autem corporearum partium habitudines plurimum conferunt aeris, cibique varietas, et discrimina aetatum; diversi hinc integrarum gentium mores: diversissimi eiusdem hominis in diversis aetatibus. Quae angustius nunc disputavimus, ad alia properantes.

V. Illa vero hominis pars quae rationis est particeps, quam animam, animum, mentemque appellamus, nihil habet in se concretum, nihil copulatum, sed simplicissima res est, suapte naturà in aevum duratura; duabus autem facultatibus ornata est, quarum altera verum cognoscit, falsum diiudicat: alterà bonum prosequitur, malum aversatur. Hae iterum bipartitae sunt. Illa cognoscendi potestas, qua res corporeas perspicit, Imaginatio: quà

 res

res materiae expertes sentit, Intelligentia vocatur. Rursus appetendi facultas, qua bona incorporea appetimus, Voluntas: qua corporea volumus, Appetitus nuncupatur. Dies mihi deficeret, si omnia harum officia, proprietates, dotes persequi vellem: operam tamen dabimus ne, quae ad summi boni cognitionem ducere nos possunt, praetergrediamur.

VI. Quae inter conscientia praecipuum obtinet locum; illa factorum dictorumque accusatrix, qua tranquilla suavissima homines quiete demulcentur: remordente autem duris cruciantur laniatibus, furiarum facibus aequiparandis. Incassum laboravere impii, qui suorum hanc facinorum testem ex hominum cordibus evellere sunt conati. Duplex autem conscientia de actionibus propriis ratiocinatrix esse dicitur; antecedens, qua homines frugi de futuris actionibus consulunt: et consequens, qua et Fryges sapiunt.

VII. Nunc nobis res est cum magni nominis Philosophis, acutissimi ingenii viris, Platonicis et Peripateticis, qui animum hominis in duas partes dissecabant. Quarum altera, veluti in cacumine collocata praesentia videre, praeterita meminisse, futura coniectari apta, ad excellentiora bona rapiebatur: altera rationis expers aut apparentia bona stulte deperibat, aut mala apparentia in cassum declinabat. Non negabimus eam esse humanae naturae labem, ut imaginationi, et bonis corporeis deserviat, nisi virtute vindice in libertatem revocetur: partiri autem animam, simplicissima res cum sit, nefas esse putamus, ipsius Platonis et Aristotelis placitis haud consentaneum.

Hi autem turbulenti animi motus reluctantesque rationi, quos persentiscit homo, ex perturbatis ac furentibus oriuntur affectibus, qui, ubi rationis fraena momorderint, veluti agmine facto eam impetunt, pessundaturi haud dubio, nisi a virtute fulciatur animus. Has corporis animique commotiones, quae ex imagine boni malique nascuntur, quondam acceperat homo, ut veluti calcaribus urgeretur ad bonum capescendum, declinandum malum: sed casu, quem humana non novit ratio, accidit; ut quos socios foederatosque antea habuit, infidos crudelesque hostes experiatur. Locus igitur expostulare videtur, ut de affectibus plenior excurrat oratio.

Amor,

Amor, et Odium sunt duo praecipui affectuum, qui reliquorum agmen ducere videntur; quorum ille appetitione boni, hoc mali declinatione circumscribitur. Hos duces sequuntur caeteri affectus; Desiderium, Laetitia, Spes, Ambitio, Avaritia, Voluptas Amorem comitantur: Poenitentia, Tristitia, Metus, Desperatio, Taedium, Pudor, Invidentia, Ira Odium sequuntur. Quorum cum nemo melior, id habent ex Odio emanantes deterius, quod semper quadam aegritudine et molestia afficiant animos: cum ex Amore provenientes sensum iucundi semper aliquem habeant permixtum.

Has commotiones ex hominum animis eradicare conata est vana Stoicorum gens; stulte simul ac nefarie, cum non id hominis natura ferat, ut omni affectu sit vacua: atque in Deum iniuriosi sint, qui opus ab optimo conditore sapientissimo consilio perfectum, imperfectionis insimulare audent. Non igitur mollis et enervata putanda est Peripateticorum ratio et oratio, qui omnes affectiones nedum naturales esse affirmant, sed etiam utiliter a natura datas. Iracundiam fortitudinis cotem esse dicunt, qua sublata neque belli neque pacis temporibus quidquam fortiter strenueque geratur: Cupiditatem summopere laudant, quippe nihil unquam, nisi quod libeat, praeclare fieri: Aegritudinem magna utilitate a natura constitutam, ut homines castigationibus, reprehensionibus, ignominiis affici se in delicto dolerent: Metum vero si quis substulisset omnem vitae diligentiam sublatam fore. Quae dicta praeclare; atque ad hunc modum de caeteris affectionibus solet ab iis disputari.

VIII. Gradum in hominis morali explicanda natura facimus, cum ab affectionibus ad vitia progredimur; illis enim repetitis atque altius infixis animo; hae efformantur et adolescunt animi proclivitates, quas κακίας Graeci, vitia Latini appellarunt. Horum rude et immane imperium; volentes primum alliciunt: invitos postea trahunt; nec miseris mortalibus datum est, duram hanc vitiorum servitutem, quam sponte semel servierunt excutere, in alteram enim naturam evadunt, de qua noster praeclare.

Naturam expellas furca, tamen usque recurret.

Vitiorum prope infinita seges, verius dixerim, spinarum ac veprium

prium incommensurabile malum. Tria tamen sunt vitia capitalia Voluptas, Ambitio, et Avaritia, quarum haec specie utilis, illa honesti, ista iucundi decipiunt homines; Nam, ut ille ait, fallit vitium specie virtutis et umbra. Hae vero sunt triceps ille Fabularum Cerberus, qui homines ad Orcum rapit.

Iam quid agam? An quae cuique generi vitia subiecta sint, prosequar? An eorum mala calamitatesque depingam? An homines vitiis obnoxios miserrimos esse asseram? Qui enim felices esse possunt, qui serviunt tam difficilibus heris? Facerem libenter, orationis vela panderem, marique me committerem, nisi vererer a portu, ad quem semel destinavi, longius aberrare.

IX. Hominis igitur natura exposita, ad boni indolem conditionemque explicandam progrediamur. Sed me morantur inepti quidam ignavique mortalium, qui aliorum technis dolove decepti suae supinitatis culpam in Coelum referunt, importuneque queruntur, cur non dedit Deus mortalibus aegris signa quibus improbos infidosque dignoscerent; quorum importunas querelas congessit Euripides in persona Medeae:

O Jupiter (inquit) *quare auri quidem, quod sit adulterinum*
Clara signa hominibus dedisti;
Sed quo oporteat discerni malum virum
Nullum signum inditum est corpori?

Iniustae tamen, ac sine ratione querelae. Sunt enim signa caracteresque tum affectuum, tum propensionum; quorum alia colore, motu, gestibus, ictuque oculorum se ostendunt; quae signa quasi in ipsa insita natura Phisiognomica appellantur. Certiora moralia, verba dicendique genus; ambitiosi enim ad grande, concitatum, vehemens, ad Atticum dicendi genus a natura facti: plenius uberiusque disserunt voluptuosi dictione perspicua, ornata, iocosa; luxuriante tamen et poetica: avari sermonem amant verbosum, circumductum, frigidum, obscurum, inaequalem.

Dii meliora piis, et sermonem *hostibus istum.*

Sed nulla vitiorum alia certiora signa sunt, quam actiones, ut verissime dictum sit, qualem arborem talem eam fructum laturam.

Mo-

X. Morali tandem hominis natura exposita, dicendorum ratio nos ducit, ut ad boni et mali indolem, conditionemque investigandam deveniamus. Primas, quas homo naturae sensu boni notiones adquirit, cum iam supra dixerimus; ipsa boni natura altius nunc est repetenda et attentius consideranda. Ea quaecumque homini dant esse, idve conservant, aut perficiunt, bona hominis appellantur; hisque opposita mala, aut homini interitum afferunt, aut imperfectione commaculant. At enim homo duabus partibus constat esse conflatum: mente, & corpore; praestantior illa, infirmior haec non contemnenda tamen; unde bonorum nascitur ordo atque divisio: eorum gradus, dignitas, praestantiaque dignoscitur. Nam quaedam bona totum hominem conservant, interitumque depellunt: quaedam corpus roborant, eiusque potentias et facultates perficiunt: quaedam mentem interiri nesciam, pulchriorem excellentioremque reddunt, dum facultates quibus induta est expediunt ornant, regunt atque moderantur.

Cuncta igitur bona quatuor in classes commode partiri possunt; quarum duae ad corpus: reliquae ad animum pertineant. Quae enim corporis interitum averruncare, quaeve id perficere possunt, bona corporis sunt; quorum haec positiva, illa privativa si licet appellentur. Quae vero longe corpore excellentiorem mentem ornare sunt apta, qua eam ratiocinantem perficiunt, bona intellectus; qua appetentem regunt bona animi et moralia dicuntur.

Cum vero animi bona reliquis praestantiora esse oporteat: ordinis ac graduum ratio in iis, quae descripsimus, bonis effulgeat necesse est. Primus itaque moralibus locus sit bonis; his bona privativa succedant; tertium intellectus bona habeant locum; postremum autem positiva corporis obtineant bona. Quae, cum de bonis dicta sint, nullo negotio ad mala transtuleris.

Hinc axiomata omni auro cariora a Philosophis reperta sunt.

I. Quae bona maioribus nos privant et diuturnioribus, mala sunt manifesta.

II. Quae mala maioribus et diuturnioribus fugandis inserviunt. bona sunt praeclara.

III. Quae bona mala paritura sunt, & ipsa sunt mala.

IV. Quae mala magna candidaque pariunt bona, et ipsa sunt bona.

Unde fluunt regulae incomparabiles: I. Ex duobus malis moralibus neutrum est eligendum. II. Ex duobus malis, quorum alterum est physicum, alterum morale, illud semper est eligendum.

XI. Iterum nobis lis est cum molesto Stoicorum genere, qui sola moralia bona, virtutes nempe, bona esse affirmant, reliqua spernunt; perfracteque negant, quidquam eis inesse ad beatitatem miseriamve momenti. Sed non viderunt homines alioquin acutissimi, dum virtutem extollere ac roborare conantur, reliquarum rerum bonitate sublata: eam deprimere ac deturbare, virtutis officiis materiaque sublata. Quid enim facere virtutis erit? Quid omittere in vitiis ponetur? quum nihil in rebus boni, nihil mali sit. Itaque cum ab Academicis obiectum esset, eos in profligata Herilli ac Pyrronis dogmata decidere: sententiam re mutarunt suam; verbis tenuerunt; satiusque putarunt novorum tegumento anfractuque verborum veritatem obscurare, quam ingenue profiteri. Clarior itaque ac praestantior, &, ut verbo dicam, philosophior est Peripateticorum sententia et oratio, qui cum virtutem excellentissimum bonorum esse dicerent, reliquas tamen res sua utilitate bonitateque commendari non negabant; igitur et opibus et honoribus, et amicitiis, et vitae roborique corporis, et artibus scientiisque is honor tributus est, quibus si homines recte utantur, res stabunt humanae viresque.

XII. Hominis natura exposita, et boni et mali conditione investigata: quinam sit supremus hominum finis, demum perquirendum est. In qua disputatione duo maxime errores nobis vitandi sunt; quorum cum ab altero caveri soleat, vix Philosophorum est ullus, qui ab utroque sibi satis caverit. Primus eorum est, qui felicitatem, a summo bono natura distinctam, cum eo confundere non dubitarunt. Felicitas summum illud animi gaudium est, quo ex summi boni ubertate beatorum demulcetur animus, atque repletur adeo, ut veluti torrente voluptatis inebriati, nihil sperent metuantve, suavissima animi tranquillitate satiati: Summum bonum vero est id, quod tam mirificos effectus in beatorum animis ciere aptum est, cuiusque possessione felices sunt. Itaque beatitudo affectio animi est: summum

 ve-

vero bonum mirabilis huius affectionis causa. Quo errore laborasse Epicurum, satis nobis compertum esse videtur, qui sublata voluptate nec intelligere se posse dicebat, quid sit beatum esse; quod cum verum sit, falso tamen contendebat, in una voluptate summi boni naturam esse collocatam.

Alter eorum error est, qui summum bonum in plena hac aerumnarum, aegritudinum, calamitatumque vita quaesierunt; et animum hominis infiniti cupidum, immortalitatis conscium nimis arctis limitibus coercere non dubitarunt. In quo Aristoteles errore recte reprehensus est a Vivesio nostro. Ille enim cum natura duce agnovisset hominem felicitatis capacem esse, atque a natura nihil frustrà operari: in hac vita summum bonum quaerendum esse decrevit; cum fas esset ex misera rerum hominis conditione deducere, alteram spectandam esse, ubi felicitate, quam hic non patitur natura, potiamur. Itaque Philosophorum Princeps veritatem sese ultrò monstrantem et aperientem, cum iam prope teneret, e manibus elabi misere fuit passus.

XIII. Quos errores si evitaverimus, non difficilis summi boni investigatio admodum erit; si, quod a Geometris fieri solet, praesumam propositionem non demonstratam: esse nempe Deum, rerum harum conditorem lateque dominantem, sapientem, infinitum, bonorum omnium elargitorem, cuius providentia, cum a fine usque ad finem pertingat fortiter, disponatque omnia suaviter, rerum humanarum praecipuam curam gerit, eas moderatur, temperat, protegit atque tutatur; quae cum demonstratu facillima cuncta sint, ea in aliud tempus reiicimus. Deum igitur Optimum, Maximum, summum bonum, supremumque hominis finem esse, asserimus. Iam orationis vela laxarem, velisque, ut aiunt, remisque contenderem, Deum esse illud bonum virtute ipsa praestantiùs, quo sint omnia hominum consilia, actiones, vota referenda; nisi placeret breviter et perspicuè rem concludere Stoicorum ad instar, quos minutis his conclusionibus delectatos esse memoriae proditum est.

Mens appetit summum bonum: mens infiniti avida: infinitum solus Deus: Deus ergo summum illud hominis bonum, in quod mens humana vehementissimo naturae desiderio rapitur.

Trac-

XIV. Tractatione autem de supremo hoc hominis bono in altiorem sapientiam ab ipso Deo edoctam reservata: Philosophos ea cura sollicitat, quodnam sit maximum bonorum, quod in aerumnosa hac dolorum et aegritudinum scatescente hominum vita adquiri possit. In qua disputatione immane nefas est morteque piandum, maximum huius vitae bonum a summo illo et perfectissimo, cuius in hoc aevo incapaces sumus secernere aut separare. Praeclare enim a naturae conditore statutum est, ut dum homines Dei amore in summum finem tendunt, maximam et constantiorem huius vitae beatitatem nanciscantur; miseriamque, quatenus id hominis praesens conditio fert, fugiant arceantque.

Divini numinis amor, quo via hominibus panditur ad immarcessibilem nec interituram felicitatem, quique homines in hac vita beat, est amor devotionis et obedientiae, quo totus Dei cultus continetur; cuius maxima pars est, Deo parere ac obsequi. Divina Xenofontis sententia est: *Qui ergo possit aliquis rectius ac religiosius Deos colere, quam ea quae iusserint faciendo?* Perpetua autem et constans animi voluntas ad Dei iussa vitam, actionesque omnes instituendi virtus est; in una igitur virtute posita est beata vita, non beatissima, ut verba a Platone mutuemur, veritatem a natura ediscamus.

Virtus autem, cum ea eademque res sit, variis tamen se exerit occasionibus, variaque circa obiecta versatur; unde etiam varias denominationes adsciscere solet. Aut enim in perspicientia veri solertiaque versatur, quae Prudentia: aut in pietate erga Deum, hominum societate tuenda, et rerum contractarum fide, quae iustitia: aut in animi excelsi atque invicti magnitudine, et robore, quae Fortitudo: aut in omnium quae fiunt quaecumque dicuntur ordine et modo, quae Modestia et Temperantia nuncupatur.

Nunc late patens sese offert provincia pulcherrimis Philosophorum inventis ornata ac nobilitata. An virtus una sit? Consistatne in mediocritate? Quae cuique virtuti opposita vitia? Quae earum, eorumve descriptio? Quae auxilia? Quae medellae? Praeclare admodum disputationes, Philosopho dignae: sed nostrum non est, tantas componere lites, quibus propositum fuit maximum

opti-

optimumque hominis bonum indigitare, quod cum in una virtute positum esse demonstratum sit: huius munera officiaque describere, in exercitationis tempus reservamus.

Procul ergo hinc: procul absint profani, qui divitias, qui honores, qui foedissimas corporis voluptates summum bonum esse putarunt. Solus virtuti studens felix fortunatusque, pleneque beatus, qui externa bona virtute parta non adspernabitur; verum si fortuna, ut noster ait, celeres quatit pennas, resignabit quae dedit, et sua se virtute involvet, probamque pauperiem sine dote amabit.

XV. Finem dicendi facerem, nisi me moraretur et revocaret non Medeae, sed humanae naturae vox, quae personare mihi videtur, cum audio:

. . . . . *Video meliora proboque:*
Deteriora sequor.

Humanae namque naturae Imago meo obversatur animo, eam squalidam ac languentem, Philosophis, quibus se incassum medendam tradiderat, subnixam me videre puto, acriter me increpantem loquentemque: "Itane insane haec ex intimis mei recessibus, duce „ ratione hausisse gloriaris, quae tot latuere Philosophos tantos„ que viros? Nonne vides, rationem tenebris umbrisque circumdu„ ci, ut cum simulacrum et imaginem quandam virtutis longe „ prospiciat: ipsam tenere ac amplecti, propiusque intueri, ei est „ denegatum? Sed ita profecto sit. Hanc veram virtutis notionem, „ quam mortalium nemo hucusque sola ratione consequi potuit: „ adipisci tamen non sit impossibile. Quid tandem? Nonne vides „ vires mihi deficere, incassum ad virtutes manus tendere, fru„ straque conari; cum ab his morbis, quos vitia appellastis, cru„ cior perpetuo, continuoque dilaceror, et verso eos in pectore „ fixos? Nam quid ego profeci tot castigationibus, initiationibus, „ purgationibus, misteriis, quibus ineptissimi meorum aut me lan„ guescentem erigere conati sunt, aut expiare maculatam atque „ foedatam? Audi Sapientissimi meorum, Socratis (ut ad tantum „ nomen contremiscas) sententiam vel potius oraculum: *Nisi li„ ceat*, inquit, *istas vitae procellas firmiore quodam vehiculo, vel „ DIVINO QUODAM VERBO tutius ac minore cum pericu-*

„ *lo tranare.* Hanc mihi monstrate viam, hoc mihi dicite vehi-
„ culum, aut desinite tandem garrire, meque in vanum cruciare."

Ac profecto quidem ita se res habet. Ratio caecutit, voluntas vitiis deservit, tot facinora expiandi ignota via: igitur a Deo expectandum implorandumque auxilium: igitur revelatio hominibus necessaria, qua et obnubilata mens illuminetur, et cadentes naturae vires erigantur, et medium expiandi peccata, Deoque satisfaciendi ostendatur; quod cum Religio Christiana sola praestet; vera germanaque Philosophia ad eam nos ducit, et, ut verbis Sapientissimi et sacerrimi viri Clementis Alexandrini Episcopi utar, *praeparat Philosophia ei dum viam munit, qui a Christo perficiatur.* Faxit ille bonorum omnium liberalis elargitor Deus, ut uberrimum hunc fructum ex Philpsophiae studio capescamus.

TT. PP.

DE JURE NATURAE ET GENTIUM.

Systema legum naturalium Thomae Hobbii enarrabimus, et confutabimus.

Systemata Hugonis Grotii, Samuelis Puffendorfii, Riccardi Cumberlandi, Joh. Gottlieb Heineccii, Christiani Wolfii atque Henrici Koehleri, et Antonii Genuensis de principiis iuris naturae et gentium enarrabimus; et quid in illis veri, quid falsi sit, expendemus.

Τὸνδε γὰρ ἀνθρώποισι νόμον διέταξε Κρονίων,

Ἰχθύσι μὲν καὶ θηρσὶ καὶ οἰωνοῖς πετεινοῖς,

Ἔσθειν ἀλλήλους, ἐπεὶ οὐ δίκη ἐστὶν ἐπ' αὐτοῖς·

Ἀνθρώποισι δ' ἔδωκε δίκην, ἣ πολλὸν ἀρίστη

Γίνεται.

Hesiod. *Oper. et Dier.* v. 274.

CODEX
LEGUM NATURALIUM.

I. QUod Charondam, atque Zaleucum fecisse memoriae prodidit Plato IV. de legib.: eos rationibus et cohortationibus, quas prooemia Plato vocat, suas fulsisse leges; ut cives nedum poenarum castigationumque metu, sed etiam utilitatis commodique spe ad earum obsequium devinceret; quem morem a recentioribus Iuris romani Conditoribus renovatum, ad nostram usque aetatem perdurare non sine animi nostri mirifica quadam delectatione videmus: id nos; quibus propositum est, aeternas illas immutabilesque leges, quas, ut gens humana regatur, rerum sapientissimus conditor Deus hominum cordibus inscripsit, cartae mandare; omnino faciendum esse censemus. Quodsi civiles illae legum sanctiones, quibus si imperii vim maiestatemque detraxeris, nihil habent sancti, nihil venerandi; tamen quia cum hominibus res non cum bestiis agitur, rationibus suadendae erant, priusquam vi metuque coercerent: quid de illa naturae congruente, diffusa in omnes, constante, sempiternaque lege sentiemus? Quae si frustra nulla spe praemii probos iuberet, aut vetaret; nec improbos poenae metu iuvendo, aut vetando moveret: sua tamen honestate, utilitate, voluptate hominibus recti consciis sese commendaret. Qua et animi tranquillitas, et honesti decorique pulchritudo, et gentis humanae salus continetur. Quam si quis amoverit, horrida nascentur bella: fraudes, doli, machinationes, insidiae cuncta pervadent:

 di-

divina humanaque omnia miscebunt : ac teterrima miseriarum omnium colluvies genus humanum perdet, atque pessundabit.

II. Caeterum reluctans, obganiensque video genus numini invisum, Titanum diram propaginem : legem naturae esse negat : omnesque animantes ipsa ducente natura commoda solum sua spectare, iusque et aequum utilitate sola metiri; ut si iustitia alienis utilitatibus consulat, suas negligat : stultitiam potius dicendam esse asserat. Quod si Astrorum ordines, dierum noctiumque vicissitudines, mensium temperationes, temporum opportunitates vel pecudes ipsas docere possent, Dei immortalis vi, ratione, potestate mundi naturam omnem perpetuis constantibusque legibus gubernari : an solos homines praestantissimam mundi partem a beneficentissimo Deo exleges procreatos esse censebimus; ut tamquam illumini nocte sine lumine aberrantes saepe offendant, saepe labescant, saepe quovis potius, quam ad beatitatem, quam natura appetunt, perducantur? Igitur Epicuri pecus, Hobbesiique nepotes, nequissimos mortalium, iubeamus ad nemora silvasque redire; unde agrestes quondam homines in civiles coetus emigrasse somniarunt : ibi Faunorum et Satirorum vitam degant, secum ipsi pugnent ac digladientur brutorum instar; quibus, ut praeclare cecinit Hesiodus,

. . . . . Hanc : : : : legem posuit Saturnius,
Piscibus quidem, et feris, et avibus volucribus;
Se mutuo ut devorent, quandoquidem iustitia carent:
Hominibus autem dedit iustitiam, quae multo optima est.

III. Animal hoc providum, sagax, multiplex, acutum, memor, plenum rationis et consilii, quem vocamus hominem, praeclara quadam conditione generatum est a summo Deo. Solum est enim ex tot animantium generibus atque naturis capax rationis et cogitationis, cum caetera sint omnia expertia : rationis autem et voluntas, et libertas comites sunt natura inseparabiles.

Quibus instructus homo, dum ad summum bonum indesinenter adspirat, ex rerum actionumque copia quasdam amat et eligit; quasdam vero fugit et adversatur. Verumtamen quod Ixioni in fabulis accidisse narratur; ut, dum insano Iunonis insensus amore, eius amplexus deperiret, Iovis consilio nubem pro Dea amplectecteretur: id hominibus frequenter evenire; ut dum veris certisque inhiant bonis, falsis et apparentibus teneantur ac irretiantur, ex tota hominum Historia constat. Norma itaque actiones humanae egent; eaque recta, certa, et constante; ne a vero bono, ad quod collineant, declinent.

Parum autem sua interesse putavit homo, normam adhibeat, necne; nisi praemiis poenisque ad eam adhibendam adigatur atque cogatur; cum vero norma, quae praemio allicit poenaque coercet, Lex sit: lege indigent mortales ne fraenis remotis vaga natura prosiliat. Huius autem legis, quae toti hominum generi communis est, non alius quaerendus est Auctor, Disceptator, Lator praeter Deum Optimum Maximum. Cuius enim imperium tantum est, ut homines obsequi ac revereri potius debeant, quam late dominantis Dei, cuius manu omnia tenentur vique gubernantur? Quis vero toti humanae genti malum repraesentare potest, si fraena momorderit; praeter fortem rerum conditorem omnium? Quo enim fugient a facie omnia complentis Dei? Voluntas igitur Dei ratione nota (qua enim alia via omnibus innotescet hominibus?) actiones quasdam praecipientis prohibentisve sub comminatione poenae lex naturae est: totius iustitiae fons ac scaturigo.

IV. Habetis legis prooemium: nunc ipsas expectate leges; sed iubabit de legis natura, et actionum humanarum indole pauca praefari. Lex naturae aeterna et incommutabilis omnino est, neque ei obrogari fas est, neque derogari ex hac aliquid licet, neque tota abrogari potest. Nec erit alia Romae, alia Athenis, alia nunc, alia posthac: neque quaerendus explanator aut interpres eius ullus, ipsa se edocet homines, testimonium reddente ratione cohortationibus et reprehensionibus, quibus ad recta facta erigimur, cruciatur vero mens scelerum conscia. Non enim in ligneis, aeneisque tabulis scripta est: sed in hominum cordibus indelebili stilo exaravit Dictator omnium Deus. Quae autem in legem cadunt, vetare, praecipere, punire: et huius legis propria sunt; ad officium iubendo vocat, vetando a fraude deterret; cui legi si quis non parebit, ipse se fugiet ac naturam hominis adspernabitur; catenam autem malorum, quae cum vetitis actionibus indissolubili

vin-

vinculo cohaeret, ad se trahet, qua obruatur et pereat. Quem vero non terreant Coritus, tricepsque Cerberus, et statutae apud inferos poenae? Fabulae nempe! At Fabulae quae vel naturae vocem, vel hominum gentis traditionem, fictionibus licet coinquinatam, repraesentant.

V. Actiones autem humanae sunt motus corporis, animique mutationes, quae nobis consciis fiunt, quasque elicere vel omittere a voluntate se ipsam dirigente pendet: cum motus illi mentisque mutationes, quae nobis inconsultis, aut frustra contra obnitentibus fiunt, vel passiones animi sint, vel naturales necessariaeque actiones. Hae legibus Universi physicis continentur: liberae illae lege hominum morali gubernantur. Actionum autem humanarum causa in voluntate quaerenda est; caeca illa humanae mentis facultate, quae nihil appetit vel aversatur, nisi ab intellectu edocta et illuminata: Philosophicus plane Ovidius:

Quod latet ignotum est, ignoti nulla cupido.

Duplex igitur harum actionum principium: est intellectus et voluntas; quarum alteri ignorantia et error: alteri metus et vis vel maximè adversantur.

Collatione autem legum et actionum humanarum rite instituta, earumque ad singulas facta applicatione dignoscitur: poenas praemiaque, effectus legis, merito agenti imputari, cuius in arbitrio fuit actiones peragere, vel omittere. Qui ergo inevitabili errore ductus, eas commissit actiones, quas mens veri conscia numquam admississet; ut si Oedipus nihil tale suspicans, Patrem in se ingruentem interemit, insons est: si quis vero vim passus maiorem consilium honesti retinuit, a labe immunis est; Lucretiae corpus vi foedatum est: anima vim non patitur.

VI. Quid vero proderit infirmae hominum genti, summi Dei voluntatem iustitiae fontem normamque esse scire: ad eius iussa actiones suas componere fas esse: aeternisque eius legibus officiorum omnium rationem contineri; si hae lateant abditaeque sint constantes immutabilesque vitae humanae regulae? Has igitur enarrare leges iam demum oportet, sed cum tripartitae sint; aliae enim officia erga Deum, aliae erga nos ipsos, aliae erga caeteros

ho-

homines continent: a Deo principium, et leges quibus adversus Deum obstricti sumus, enumeremus.

De officiis erga Deum.

VII. Hominem ad beatitatem factum fuisse, eamque in Dei amore infiniti boni collocatam esse, operae pretium, fuit suo in loco demonstrasse. Praeclarissima vero illa, quae hominum genti Divina Mens impertita est beneficia, quem dubitare sinunt, Optimum Deum hominum felicitatem velle eaque delectari? Quid vero aliud nisi supraemae mentis consilium lex naturae est? Suprema igitur legum omnium naturalium Dei Amor est, ex qua caeterae omnes veluti ex perpetua scaturigine prono alveo fluunt.

Amor, quo Deum colere debemus, ex infinitis eius perfectionibus eruendus est; sit igitur hoc principio hominibus persuasum: dominum esse rerum omnium ac moderatorem Deum, eaque, quae gerantur, eius geri ditione ac numine, eumdemque optime de genere hominum mereri: et qualis quisque sit, quid agat, quidve in se admittat, qua mente qua pietate colat religionem, intueri, piorumque et impiorum habere rationem. His autem notionibus imbutae mentes; qui poterunt Deo non summopere revereri ac obsequi, a quo toti sunt homines, totique pendent? Qui non gratum obnoxiumque habere animum ob tam praeclara, quae accepimus beneficia, et quae quotidie experimur? Qui suae sapientiae et potentiae non nos totos tradere ac devovere? Qui non timere iustitiam? Qui tam beneficum non amare parentem? Quae affectiones cum occalluerint animo, in actiones externas, cultumque externum erumpent.

VIII. Igitur officiorum erga Deum hae sint leges.

I. Pias, iustas, sanctas de Deo habeto sententias. Puram mentem esse teneto, omniscìam, omnipotentem, optimam ac solius boni causam: beatam, iustam, sanctam, rerum effectricem omnium, servatricemque ac perenniter moderatricem. Nihil scito non eius fieri numine, ubi-

ubique praesentem esse. Nihil dediscere, nihil mutare. Idem perpetuo velle, idem perpetuo nolle. Haec attributa Dei habeto: tremenda sunto. Impium te esse scito, si amoveris: Blasfemum, si deturbaveris.

II. Deum totis viribus amato: ei fidito, te totum tradito, credito; spemque locato: eum timeto, reveritor ex corde, ac summa devotione prosequitor.

III. Ad Deum caste accedito: eius maiestatem pura mente colito: integro animo, insontibus moribus. Nihil tecum defer nec superbi, nec avari, nec iniusti, nec inhumani, nihil crapulae, nihil luxus, nihil popularis gloriolae, nihil ficti. Solo virtutum choro comitaberis. Si quid horum praeterieris, scito te tamquam profanum eliminari.

IV. Eius opem auxiliumque implorato, eum invoca, ad eum preces fundito.

V. Ratio Revelationi summissa, supposita, subiecta esto. Ritus, Caerimoniasque a Pontificibus a Deo positis ediscito: has servato: nihil supersticiosi adsciscito.

VI. Impium, Blasfemum diris devovito. Superstitiosus homo sacer esto.

Et hoc legum quibus officia erga Deum continentur carmen, quod ex insita hominum menti Primae Causae notitia duce ratione derivari potest.

De officiis erga nos ipsos.

IX. Officia erga nos ipsos ab ipsius Dei amore non sunt secernenda, cum qui Deum pura mente prosequitur, veram sibi felicitatem anquirat et paret. Verumtamen cum hanc accepimus a natura commendationem nostri; ut simul ac nati sumus nos summopere diligamus, vitae integritatique corporis studeamus; et opibus rerumque copiae adlaboremus: declinemus vero ea quae nocitura videntur, atque ad nos defendendos, vimque vi iniuriasque

 pro-

propulsandas nedum a natura edocti, sed etiam facti esse videamur; cum demum perfectioni nostrae ac beatitati toti nos devoti, ac plane addicti simus: voluit proculdubio naturae optimus Auctor, nostrae nos perfectioni felicitatique consulere: ergo

I. Nihil eorum, quae ad tuam perfectionem felicitatemque adsequendam, conservandam, amplificandam pertinent, praetermitto; dum id sine Dei amoris violatione fieri possit.

II. Iura tu tua caste servato: in vitam, membra, ac valetudinem tuam nihil hostilis aggreditor. Intellectum perficito; idque veritatis contemplatione, non argutiis falsisque commentis. Utiles, necessarias addiscito veritates: officia erga Deum, erga te ipsum, erga alios homines pulchre cale; non tibi soli, sed parentibus, sed civitati, sed toti hominum generi te natum esse scito.

III. Honestas utilesque nosce artes et scientias, quae statui, conditioni, personae quam geris, idoneae sint: iis incumbe, eas omni ex parte rimare; in iis insenescito.

IV. Animum rege, qui dum non paret imperat; hunc rationi, rationem supremae naturae legi parere assuefacito: virtutibus orna, iis litato ex animo.

V. Corporis, rerum externarum, et opinionis curam gere; ut valeas, beneque sis et animo et corpore. Nihil ex iis aut sordida avaritia foedato, aut nimia copia vel luxu opprimito: sed ita excolito animum corpusque, ut tibi aliisque praesto esse possis, cum natura poscit; fucos inertesque homines ac nihili telluris civitatem proscribere, scito.

X. Sed incidunt saepe casus, in quibus aut deserendum est officium, aut maximum vitae periculum subeundum, quo in discrimine constituto homine, sunt qui omnem honestam putent esse rationem expediendae salutis: quum tamen non conservatio vitae suprema hominum lex sit; quin et aliquando spernenda et fortiter periculis obiicienda: profecto non recte sensisse videtur Claudianus:

Su-

Suprema pericula semper
Dant veniam culpae.

Itaque pro pietate erga Deum, pro patriae gentisque nostrae caritate mors imperterrito animo subeunda est; haec enim vita cariora sunt iis, quibus est incoctum generoso pectus honesto. Nec tamen fortis vir collum ipse praebebit iugulandum, aut imbecilles supplicesque ad invasores manus tollet; sed commendationem naturae bestiis cum hominibus communem sequetur, vimque et iniuriam a vita, a pudicitia, ab opibus; a parentibus, ab amicis, ab insontibus quacumque ope poterit propulsabit: ergo sic habeto.

I. In extremo periculo constitutus a legibus immunis esto: si tamen Dei amor, gentisve caritas aliud poposcerit, iis obtemperato. Si dolo alterius malo, casu, vi in vitae periculum incideris; neque tua culpa, flagitiove factum sit, quo incideris, adversus quoscumque aggressores pro iis duellandi ius potestas esto.

II. Si dolo malo, vique ulla circumductus sis, iureque tuo spoliatus, adversus astutos audacesque, aut latrones raptoresque, vique praepotentes, aeterna auctoritas esto.

Quibus observatis legibus; quaestiones omnes, quae de favore necessitatis, ac moderamine inculpatae tutelae et accidere possunt, et finguntur multae subtiliter, nullo negotio solvi possunt; dummodo meminerimus aliquid dandum esse naturae imbecillitati, et Terentianum illud frequenter recolendum.

Facile omnes quum valemus, recta consilia aegrotis damus.
Tu si hic esses, aliter sentires.

De officiis erga alios.

XI. Divinior illa, quam ab Ethnico Philosopho expectare debebamus, Ciceronis sententia est: *Igitur est homini cum Deo similitudo*: quod si tanta fuit vis et ingenii acumen, ut abdita haec sola ratione persentiscere potuerit; audeamus et nos ho-

hominum originem, et agnationem, et stirpem, et cognationem cum coelestibus rimari. Cum alia homines, quibus coherent, e mortali genere sumpserint, quae fragilia sunt et caduca; animum constat ingeneratum esse a summo Deo, unde nobis coelestis origo. Virtutis autem decorique cognitio, qua cum pollent homines, caetera animantia sunt omnia expertia; tum rationis ordinisque communio, quae cum omnibus hominibus, et cum Deo nos sociat ac conciliat, dubitare non sinunt Optimum Deum, et curam hominum praecipuam gerere, et hos amare, eorumque delectari societate ac consortio.

Igitur beneficentissimus hominum communis parens Deus caeterorum hominum felicitate aeque ac nostra delectatur, eamque vult, praecipit; ex quo suprema altera efficitur naturae lex: homo debet hominem aeque ac se ipsum amare; qua mutua hominum caritate societas et felicitas totius gentis humanae continetur, et officiorum erga alios omnium deducitur ratio. Suppeditat autem natura mutuae huius benevolentiae argumenta haud exigua. Quid enim miserius esset homine, a reliquorum hominum congressu coetu segregato, aliorum ope auxilio destituto? Silvas nemoraque incoleret, antra repellendis aeris iniuriis subiret: musco aut gramine utcumque corpus tegeret: ad quemvis strepitum, aut alterius animantis occursum exhorresceret: denique fame frigore aut per feras bestias periret. Quo quid miserabilius? Itaque Auctor naturae providit, ut simul ac nati sumus parentum tutelae opi auxilio commendemur, unde et caritas et gratus animus erga eos fluere necesse est: quae cum adolevit serpit longius, ac prius fratres, cognatos, familiam amplectitur: mox tribus, civitatem: demum in totum hominum genus sese diffundit. Hinc generis humani una Civitas nullis circumdata moenibus. Quam si sancte custodierimus, maximis uberrimisque affluemus bonis; si autem convellere aut dissociare audemus, Iliadem malorum in nos, qua obruamur, trahemus.

XII. Magna autem haec et praeclara totius gentis humanae civitas, cuius imperium tenet Deus, late providet, habenasque coercet, duabus stat legibus; quarum altera est, ne alios felicitate, quám natura habent, vel iuste adquisierunt, privemus : altera, ut aliorum felicitatem pro virili augere et amplificare, studeamus. Quarum prima violata foedus hominum frangitur, neque amplius humana civitas stare potest : alteram etsi transgressi fuerint mortales, si non prorsus perfectam aliquam tamen inter se societatem habebunt : quapropter mundi lege arctius ad illam tenendam, quam ad huius obsequium obstricti esse videmur. Unde officia erga alios in perfecta, et imperfecta dispescuntur. Circa illa has servate leges.

XIII. I. Quod tibi non vis ab altero fieri, id alii ne feceris.

II. Neminem laedito : si quis alterum vi, culpa gravi, dolove malo laesserit, necaverit, vulneraverit, mutilaverit ; inedia, fame, tormentis cruciaverit ; in servitutem redegerit : vel quo haec fierent dolo malo, culpave gravi fecerit, talio esto.

III. Si quis alterius mentem erroribus falsisque opinionibus obscuraverit, fascinaverit ; eamve hebetem, stupidamve reddiderit, damnas esto.

IV. Omne mendacium, omnis dissimulatio, deceptio, calliditas, fallacia, machinatio, dolusve malus ad circumveniendum, fallendum, decipiendum adhibita, ex mundi civitate proscripta sunto.

V. Qui in Deum, pactorum testem vindicem, peieraverit, iuratamque fefellerit fidem ; aut astu dolove malo fecerit, quo minus iusiurandum adimpleret, diris devotus esto.

VI. Nemini iniuriam inferto : nullius pudicitiam attentato. Si quis carmen librumve ad infamiam alicuius pertinentem scripserit, composuerit, ediderit, dolove malo fecerit, quo quid eorum fieret, intestabilis et infamis ex lege mundi esto.

VII. Qui adversus bonos mores convicium cui fecisset, cuiusve opera factum sit, quo adversus bonos mores convicium fieret, in eum mundi Praetor iudicium dabit.

Da-

VIII. Damnum illatum resarcito: in integrum restituito: in eum, qui iura hominum violaverit, talio esto.

XIV. Atque hisce legibus ingenita hominum iura sarta tecta servantur, et officia perfecta continentur. Ad officia vero imperfecta sequentes spectant leges,

I. Quod tibi vis ab altero fieri, id alteri facito.

II. Ea porrigito, quae iis qui accipiunt utilia futura sunt, tibi non molesta. Consilium fidele deliberanti da: errantem comiter revoca in viam: sitienti aquam, algenti ignem, aestu languenti umbram praebe. Qui promiscua haec aut his similia denegaverit officia, agrestis, ferox, inhumanus habeatur.

III. Etiam cum utilitatis rerumque tuarum iactura aliorum commodis fave, necessitati consule; etiam cum tui periculo opitulator. Qui haec perpetraverit, praemio et laude dignus ab hominibus habeatur: qui omisserit, ignobilis et inhonestus in mundi civitate censeatur.

IV. Beneficia beneficiis compensato: erga benefactores gratum habeto animum: amore laude obsequio prosequitor: ingratus turpis habeatur, levis notae macula laboret.

V. In iis praestandis officiis humanae societatis graduum ratio habeatur: primus sit parentibus honor: tum sanguinis ordo: postea alii sunto amici, virtus ut maxima sit in eis. Beneficia directricem habeant prudentiam: haec illa regat, pro re, pro tempore, loco, opportunitate moderetur.

De Dominio.

XV. Praeter ea iura, quae ingenita et promiscua sunt omnibus hominibus, quo spectant leges hucusque sancitae, sunt et alia, quae partim ex factis partim ex verbis proficiscuntur; quae hipothetica mos est nominare. Inter humana facta, ex quibus infinita propemodum iurium, et officiorum seges et varietas existit,

prae-

praecipuum locum obtinet dominium in telluris res, quibus profecto indigemus, ut vitae aura frui, commodeque eam transigere possimus. Immensus prope hic se pandit Oceanus legum: immensus scelerum. Verum non nobis tutum est, in alto navigare: vela corripiemus, et litora rademus.

Beneficentissimus mundi conditor Deus maximam hanc rerum copiam, et perpetuam ubertatem ad hominum commoditates, et usus procreavit ac largitus est; ut ea quae gignuntur donata consulto nobis, non fortuito nata sint; nec solum ea quae frugibus atque baccis terrae foetu perfunduntur, sed etiam pecudes, quas perspicuum est, partim esse ad usum hominum, partim ad fructum, partim ad vescendum procreatas. Itaque quo primum homo Dei beneficio utens ex hac rerum uberrima copia quasdam eligit, occupat, et ad suos separat usus: iure caeteros ab earum usu excludit atque repellit; cum eodem iure pergat occupare, quo incipit possidere: igitur earum dominium nanciscitur, a quo non sine iniuria depelli aut propulsari potest. Praeclare Cicero: *Teatrum commune cum sit, eius tamen ille locus est, qui primus occupavit.*

Quae cum aperta et plana cuncta sint: mirari non desino, sapientissimos Philosophos cunctari et morari hic, fictas quaerere hipotheses, pacta hominum conventa cominisci, aut gentis humanae necessitatem memorare: qua urgente a primaeva communione discesserint mortales, et dominia rerum primigeniae Dei institutioni adversa introduxerint. Licet enim res in nullius proprietate procreatas esse a summo Deo certum profecto esse censemus: hanc tamen universalem rerum communionem, quae ad proprietatem via et apparatus est, dominio oppositam ariolari, magnum putamus esse commentum. Fabulae, quaecumque de saeculo aureo, Saturnique temporibus tradidit Ascraeus; numquam genus humanum sine rerum proprietate aut fuit, aut esse potuit. Itaque traditionem gentis humanae circa occupationem rerum, et originem dominii, ut rei dignitas postulat, enucleemus; et quae eius vestigia adhuc perstant, perscrutemur.

XVI. Cum post Cataclysmos infirmum ac exiguum hominum genus pecuariam et venatoriam exerceret artem, in tanta rerum

omnium

omnium ubertate frustra earum, quae omnium usibus sufficere poterant, dominium ambiret. Itaque armenta quisque sua, tentoria, pelles: vel venatoria instrumenta, feras, aves, pisces quos ceperat, in proprio habebat: de fundis terraeque plagis nulla cura; qui mos et a Nomadibus Afris, et ab Americanis populis adhuc retineri ex eorum, qui incultas has et agrestes provincias peragrarunt, relationibus constat. Caeterum ex quo, arva colere, extruere casas, et aratra imponere bobus, gens hominum coepit: de frugiferum agrorum proprietate solicita fuit. Quo enim tempore divisa est terra, Noemique nepotes sese segregare, et novas in latis mundi plagis sedes conquirere coeperunt: quaeque familia regionis quam occupaverat dominium sibi vindicavit, atque vi et armis ab invassoribus tutata est; inter eos vero, qui eiusdem gentis aut familiae erant, divisione, sorte, conditione, vel veteri occupatione terras partita fuit; illa autem quae totius populi usibus sufficere poterant, in communione, aut vici, aut civitatis, aut gentis relicta sunt: Hinc apud plerasque gentes nemora, silvae caeduae, pascua publica sunt, sive universitatis, sive totius gentis; qualia apud nos pleraque: quae vero omnium hominum usibus superesse poterant, veluti aer, aqua profluens, mare, in pristina illa primaeva communione relicta primum fuerant; sed postquam immane, quantum crevit habendi cupido, et auri sacra fames hominum pectora fodit, harum etiam rerum proprietatem quaeque gens sibi asserere coepit. Hinc quaestiones de dominio maris praeterita vidit aetas, quod Iureconsultis Romanis commune toti hominum genti visum erat.

Igitur nulla res neque dominio neque occupationi resistit: omnes occupari possunt ex iure a summo Deo promiscue hominibus concesso; quaestio facti est, quam quisque hominum occupaverit, vel vacuam nactus sit possesionem: illius enim dominium habebit, a quo nefas erit, nisi in extrema necessitate spoliare. Latius haec et deduci poterant, et debebant: nos summa tetigimus capita.

XVII. Primus itaque, unde caeteri profluunt acquirendi modi Occupatio est, rei nempe vacuae possessio; sive tota gens vacuam regionem acquirat, sive singuli singulas telluris partes. Quarum primam occupationem *per universitatem*, alteram *per fundos* Grotius nuncupavit. Huic succedit Accesio, qua fructus, foetus, et omnia rei nostrae incrementa nobis vindicamus; hunc enim in finem dominium comparatum est. Caeteri acquirendi modi ex voluntate domini proveniunt: Divisio videlicet, Cessio, et Traditio; nihil enim aequius est naturali ratione, quam voluntatem domini rem suam tradere volentis, ratam habere: ergo sive res inter communes eiusdem dominos divisa sit, sive cui eorum aliorum cessione ac beneficio obtigerit, sive a domino in praesens tradita sit, aut in futurum mortis eventum alienata: voluntas domini rem suam, vel integram, vel pro parte tradere volentis, suprema lex erit. Hinc dominii minus pleni: hinc Feudi: hinc Emphyteosis: hinc Superficiei: hinc Servitutum tam personalium, quam realium origo. Atque hinc Successio tum ex Testamento, tum ab Intestato initium ac incrementum cepit.

XVIII. De dominio igitur has tenete leges.

I. Quaecumque nullius sunt, cuiusvis generis sint, primo cedant occupanti. Quae quisque venatus fuerit, piscatus, aucupatus, terra, mari, coelo ceperit: quae quis invenerit, sive res nullius sint, sive deiectae aut derelictae; sive thesauri, aurique metallive fodinae, quarumque nactus possessionem fuerit, earum dominium acquirat. Qui feram ab alio excitatam vulneratam cepit, non iure fecit, dominium tamen habeat.

II. Quaecumque rei nostrae accedunt, quorum dominus aut non est, aut ignoratur, veluti fructus, foetus, alluviones, nobis acquirantur. Partus ventrem sequatur. Quaecumque rei nostrae accedunt, quorum dominus non ignoratur, veluti si vi fluminis vicini ager nostro coheserit, pristini domini permaneant.

III. Insula in mari, vel flumine nata: alveus derelictus eius sint, cuius est flumen, vel mare; si haec dominum non habeant, nullius sint. Ager privatus in insulam vi fluminis redactus, aut inundatus si aqua recesserit, pristini domini permaneat.

IV. Dum quis ex aliena materia novam eduxerit formam,

mam, speciemve novam fecerit, sive per inclusionem, adferruminationem, vel adplumbaturam; sive per intexturam, inaedificationem, scripturam, picturam aliquid alienae materiae adiunxerit; sive quis aliquid cum materia aliena confuderit, aut commiscuerit; sive quis in alieno solo, aut in confinio semina sparserit, aut arbores plantaverit, communio positiva inter dominos sit, resque divisione transigatur. Quod si res individua sit, ille totum ferat, cuius pars pretium habet affectionis, et alienae partis aestimationem solvat.

v. Si commixtione, specificatione, aliisve modis res corrupta aut deterior facta sit: is cuius culpa factum est ut id eveniret, damnum reparet; et si dolo fecerit, poenam luat.

Quibus rite observatis legibus ea, quaecumque de occupationibus, et accessionibus nimis subtiliter a Iurisconsultis disputari solent, nullo negotio solvi possunt.

XIX. Ad derivativas dominii acquisitiones progrediamur: quo sequentes spectant leges.

I. Quum res in communi a pluribus possidetur, cuique sociorum ad divisionem provocandi ius potestas esto. Si res dividua sit aequis portionibus dividatur: si individua, res veneat, aut per vices, aut sorte adiudicetur. Quum ab aliis sociis tota res alteri eorum cesserit: rata cessio esto.

II. Domini, qui ius et animum alienandi habet, dominium in alium, illud ex iusta causa accipientem, transferendi voluntas, etiam sine possessionis traditione, dominium transferat. Domino ius potestas esto, quod voluerit in rebus suis, instituendi ius: integras, vel pro parte tradendi: ergo sive Feudum, sive Ius Emphyteuticum, sive Ius Superficiei, sive Servitutes, sive Pignora, aut Hipothecas instituat, haec rata sunto: pacti conventi in iis leges sancte serventur.

III. Domino ius potestas esto disponendi de rebus

suis

suis sive in praesens, sive in futurum. Sive expressa voluntas domini sit, sive praesumta, effectum sortiatur idem.

IV. Quum Dominus de rebus suis in futurum mortis eventum disposuerit, testatusve fuerit; aut pacto de futura successione caverit: suprema eius voluntas exitum habeat, pro lege observetur.

V. Si Dominus contestationem supremae voluntatis fecerit nullam, ex praesumta illius voluntate hereditas primum filiis et nepotibus, mox parentibus, demum cognatis, quo quisque cognationis gradu proximior sit, ordine deferatur.

VI. Domini in rebus suis haec iura sunto. Libera Dispositio, Possessio, et Vindicatio. Bonae fidei Possessoris et sua sunto iura: fructus percipiat pro cultura et cura, extantes restituat, consumptos lucretur; in quantum factus est locupletior, de iis teneatur.

VII. Longi temporis possessioni dominium addatur, si per dominum stetit, quo minus possessionem recuperaret: non valenti agere non currat praescriptio.

VIII. Dominii iura sarta tecta sunto. Ius suum cuique tribuito: Si quis rapuerit, furatus fuerit, clepserit, vi deiecerit, expilaverit, corruperit, defraudaverit, terminos amoverit, restituat, damnum illatum reparet, et poenas luat. Adversus raptores, fures, plagiarios, terminorum amotores, vi deiectores, et caeteros defraudatores aeterna auctoritas esto.

Atque hae de dominii iuribus leges rogatae sint, quae et explicandae et suadendae nunc erant: sed nos commercia vocant, et rerum contractarum fides.

III.

Leges circa Commercia.

XX. Quaecumque rerum humanarum conditio sit, fieri neutiquam potest, ut rerum proprietas inter eiusdem gentis cives aequis

quis portionibus dividatur: sed brevi temporis spatio ad exiguum eorum numerum spectabit; ut ea quecumque de omnimoda possessionum aequalitate a viris rei politicae peritis excogitata sunt inter Platonis figmenta referri mereantur. Atque hinc prima contractuum exoritur necessitas, quod qui bonis carent, suas locent operas iis, qui opibus abundant; ut ex horum copia vitam transigere possint. Divinus praeterea naturae Auctor, quo gentes inter se arctioribus vinculis devinceret ac colligaret, hanc legem posuit certis locis, ut non omnia ferret omnis tellus, sed hic segetes, illinc venirent felicius ubae; quae altera causa fuit, qua moti commercia inter se instituerunt mortales.

Quod si ea fuisset generis humani felicitas, ut omnes peraeque gentes virtutis amore flagrarent, profecto neque pactis ullis, neque contractibus indigerent homines, ut commercia inter se exercerent; sed ea quibus abundabant aliis, eis indigentibus, ultro porrigerent. Verumtamen cum iam pridem refrixerit caritas, eoque saeculo vivamus, in quo virtus laudatur et alget: omnino opus fuit pactis et contractibus, quibus ea sibi ab aliis praestanda stipularentur mortales, quibus indigebant ad vitam suaviter, et commode transigendam. Quapropter ad societatem inter homines tuendam nihil sanctius religione pactorum: nihil perfidia, quae humanae societatis fulcra tollit, detestabilius.

XXI. Rarius profecto contingit, ut homines sola humanitate ac beneficentia ducti res suas aut operas cum aliis earum indigis, communicare velint: sed potius aliquid sibi ab altero rependi volunt, quod ipsis tantumdem videatur ac res aut opera, cum illo communicanda. Propterea in omnibus contractibus, in quibus mutuae sunt praestationes, aequalitas inter eas iure naturae est servanda; haec obtineri aliter non poterat, nisi inter se res operaeve commutandae compararentur, aestimatione, aut quantitate singulis rebus operisve attributa; quae vulgaris rerum quantitas, qua inter se res comparabant homines, pretii vulgaris nomen invenit: *Sed quia non semper et facile conveniebat*, ut pensiculate ait Iul. Paulus, *ut cum tu haberes quod ego desiderarem, invicem haberem, quod tu accipere velles: electa materia est, cuius publica ac perpetua aesti-*

 ma-

matio difficultatibus permutationis aequalitate quantitatis subveniret; eaque forma publica percussa, usum dominiumque non tam ex substantia praebet, quam ex quantitate. Atque hanc materiam et pretium eminens, et nummum, et pecuniam mos est appellare.

Iam vero res aut operae, quae in hominum sunt commercio, pretium suum nanciscuntur ab ea aestimatione, qua illas pluris, vel minoris facimus. Aestimationem igitur aut necessitas parit, aut utilitas. Et necessitas quidem maior vel minor est, partim pro minore, aut maiori copia rerum utibilium: partim pro utentium numero maiori, aut minori. Igitur si copia rerum gliscat; minus publice indigemus; eademque proportione decrescit aestimatio seu pretium: contra crescit pretium, cum rerum utibilium copia minuitur, quia augescit earum necessitas. Viceversa ubi augescit utentium numerus rerumque usus, crescit indigentia, atque hinc pretium: si vero utentium numerus aut usus minuatur, pari proportione decrescit necessitas ac pretium. Quibus ex rebus sequitur, quod rerum operarumque pretium semper sit in ratione composita (nam sic loquuntur Geometrae) directa usus, reciproca vero copiae rerum utibilium. Quod rerum pretium communi hominum gentiumque sensu et, ut aiunt, voce definitur.

XXII. Cum autem infinita commerciorum aviditas mortalia pectora invaserit, maxima nata est pactorum ac contractuum diversitas, et immensa quaestionum seges, ut ius et aequum in contractibus observaretur: quod profecto obtinebitur sequentibus observatis Legibus.

I. Nihil tam proprium esse fidei humanae, quam ea quae inter homines placuerunt, servare, scito. Igitur pactorum omnium et contractuum, sive unilateralium, sive bilateralium leges, conditiones adamussim observato: nihil sit data fide sanctius, nihil perfidia detestabilius.

II. Si quis rem commodaverit, precario dederit, deposuerit, alterius fidei curandam commisserit, natura commodati, precarii, mandati sancte observetur; res loco, tempore constituto restituantur. Commodatarius, Manda-

da-

datarius summam praestet diligentiam : Depositarius minimam : casus vero fortuitos dominus ferat.

III. Quum res vendita sit, aut res vel opera pro certa mercede locata; inter rem et pretium, atque inter usum rei operamve, et mercedem aequalitas observetur. Omnia vitia et incommoda rei venditae venditor nuncupare teneatur : periculum rei venditae pertineat ad emptorem : venditor de evictione teneatur. Emptor, venditor : locator, conductor culpae rei sunto. Quaecumque pacta, conditiones, leges iis contractibus adiectae sint, summa fide observentur.

IV. In mutuo aequalitas sit praestationum : igitur mutuum date, nihil inde sperantes.

V. Pignoris, Hipothecae, Fideiussionis, Obligationis correalis, Expromissionis conventa summa fide observato. Pacta anticretica, legesque pignorum commissorias saevas iniustas habeto : iis non utitor.

VI. Societas sive universalis, sive generalis, sive singularis sancte colatur a sociis : lucra et damna sint communia inter socios : habita proportione dividantur, nisi aliter convenerit. Societas, in qua alter ex sociis nullam lucri partem habet, leonina est.

VII. Donationes sancte servato : nihil mutuae hominum amicitiae, nihil mutuo auxilio convenientius esse scito.

VIII. Pacta ab iis inita, qui quid rei agitur, intelligere non possunt, irrita sint. Pacta ignorantia, errore, vel dolo alterius contrahentis malo conventa, nulla sint. Pacta vi metuve iniusto extorta, iure naturae valeant; licet civilibus legibus iustissimis ex causis irrita fiant.

IX. Pacta de re impossibili, turpi, inhonesta, contra bonos mores conventa; vel cum conditionibus impossibilibus, turpibus, inhonestis, aut contra bonos mores inita, nullius sint momenti.

X. In pactis et contractibus omnia bona fide agantur,

tur, ut inter bonos bene agier oportet: ne propter alterius dolum, deceptionem, machinationem alteri fraus sit.

xi. Obligatio ex pactis conventis Solutione, Compensatione, Acceptilatione, Mutuo dissensu, rei interitu solvatur.

Rogata iam Lex naturae universa est: reliquum erat, ut porrectis tabellis eam suaderem; sed opportunius haec pro rostris in comitiis litterariis.

EXPLICIT LIBER NATURAE.

POLITICE,

SEU DE REPUBLICA LIBER SINGULARIS.

Οἷ αὐτῷ κακὰ τεύχει ἀνὴρ ἄλλῳ κακὰ τεύχων.
Ἡ δὲ κακὴ βουλὴ τῷ βουλεύσαντι κακίστη.

Hesiod. *Oper. et Dier. v.*263.

I. SOcrates germanae ille Philosophiae parens diris devovendos eos esse dicebat, qui utile et honestum, quae natura coniunxisset, ratione separarunt; ac utilitatis specie iustitiam deseruerunt. Quodsi in omni vitae genere immane nefas est, utilitatem ab honestate secernere: profecto in Republica gerenda, quae fide ac iustitia sola stat; cives vi et metu iuribus spoliare suis; hostes fide religione fallere; hospites aut peregrinos iniuria lacessere, teterrimum prorsus futurum est malum; crudelis igitur ac efferata Etheoclis sententia est

.... si violandum est ius, regnandi gratia
violandum est, aliis rebus pietatem colas.

Quam recte ille! *Capitalis Etheocles, vel potius Euripides, qui id unum quod omnium sceleratissimum fuerat, exceperit.* Quam vero divine vetustior ille graecorum poetarum Hesiodus, postquam ubertatem et bonorum omnium copiam, quibus ditescunt hi qui ius et aequum colunt: errores autem et calamitates eorum, qui scelera perpetrant, vividissimis coloribus depinxit, naturae sensum, rectaeque rationis lumen aurea hac sententia consignavit!

Sibi mala fabricatur, vir alii mala fabricans
Malumque consilium ei qui concepit, pessimum.

Itaque cum nobis decretum sit, de optima Reipublicae forma sermonem instituere; operae pretium nos facturos existimavimus, si posteaquam Civitatis constitutionem et partes, quibus coalescit, ostenderimus: iustitia omnia in societate civili contineri, ac sancta iurium observatione omnes civilis status partes vigere, demonstraverimus.

II. Plato in III. de Legibus post cataclysmum, inquit, cum paucae atque inopes familiae montibus essent servatae, viverentque venatione et pastoritia, sub imperio erant paterno, iam cum in dies excrescerent ad radices montium prorepserunt, coeperuntque habere Aristocraticum imperium auctis optimatibus. Postremo cum quotidie multiplicarentur, nec terra pascendis animalibus sufficeret, planities petiverunt, atque exercuerunt agriculturam, fueruntque sub imperio Monarchico velut pacatiori. Mox cum mare cognovissent, opificia et commercia adamaverunt, unde natae sunt Respublicae populares multae; et hinc auctis opibus, et exstimulante ambitu Tyrannides. Quorum poetica multa, ut Platonem agnoscere possis.

III. Rectiùs ac vetustis hominum monumentis conformius Civitatis originem deduxit Aristoteles. Cum familiae, ait, naturaliter sint sub imperio paterno, auctis quae ex communi stirpe propagantur, atque propter sanguinis caritatem vicina colentibus, fieri non potuit quin Civitates nascerentur: primum monarchicae sub senioris avi regimine: mox aristocraticae, imperitantibus minoribus parentibus et validioribus: postremo multiplicatis familiarum capitibus democraticae: tum quia difficilis est multitudinis concordia praesertim inter vallentes et imbecillos, divites et pauperes, probos et facinorosos iterum monarchicae.

IV. Quaecumque autem fuerit causa, (fuerunt enim multae et variae) quae familias impelleret, ut in unum coetum et societatem civilem coierint: duo extra omnem controversiam posita sunt, quorum alterum est, iustitiae fruendae causa Civitates constitutas esse; ut data legibus vi, iudiciis auctoritate, cultus agris, commode et tranquille iuribus quisque suis uteretur: alterum vero est, in omni Civitate summum debere esse imperium, quod cum ad cohibendam efferatam hominum naturam, effraenesque libidines Deus capitibus familiarum concessisset, a familiis in Civitatum Rectores collatum ac de-

derivatum est; quò sensu dixisse videtur Hesiodus *Reges a Iove esse.** Iam cum non nisi parentibus consentientibus imperium, quod singuli in familiis exercebant, imminui et in civitatem transferri posset: pactis opus fuit conventis, ut Respublicae coalescerent; quae familiarum pacta, tacito ut plurimum consensu inita et antiquis moribus confirmata, legem fundamentalem mos fuit appellare. Civitas igitur quam et Rempublicam saepe dicimus est familiarum multitudo, quae iisdem communibus legibus, eodem publico iure utentes, in unum quasi corpus iustitiae fruendae causa coalescunt. Iam cum civilis societas ex familiis coalescat. Familiae ex minoribus aliis societatibus coagmententur; harum iura naturamque describamus; quae in illis honesta, quae utilia sint, videamus. Etenim si in minoribus hisce societatibus eadem utilia quae honesta: profecto idem eveniet in illa maxima civili, quae istis conflata est.

V. Prima elementa Civitatum et quasi corporis politici atomi sunt nuptiae, quippe ex quibus sunt familiae: pulchre Seneca Tragicus

.... Coelibem vitam probet
Sterilis Iuventus, hoc erit quidquid vides
Unius aevi turba, et in semet ruet.

Nuptiae in tres fines comparatae natura sunt: principio prolis gignendae et educandae causa ineuntur: deinde vitae socialis amore mutuique praesidii: postremo ad vagam et belluinam venerem coercendam, reliquasque veneris foeditates, quibus vitae olim error, ferique mores alebantur. Hisce autem nuptiarum finibus Adulteria, Incestus, Πολυανδριαι, Πολυγυνιαι, Repudia vel maxime adversantur: quae et inhonesta et turpia. Mutuus vero coniugum amor, liberorum communis cura, vitae consuetudo, aequa in utraque fortuna sors, indissolubilitas vel maxime consentanae et utiles: quae et honestae, et iustae, & pulchrae.

VI. Viri & uxoris coniugium societatemque continuo excipit altera parentum et liberorum, quo suapte natura spectant nuptiae. Finis autem huius societatis liberorum educatio est, et auxilium, quod

* Ἐκ δὲ Διὸς, βασιλῆες.

quod senescentes parentes a liberis propter maxima eis impertita beneficia, non sine causa exspectant. Igitur liberos nutrire ac alere, ope et consilio iubare, mentis eorum et corporis curam gerere, ut non in iners et grave terrae pondus adolescant, sed ut sibi et aliis utiles esse possint, quae ad obtinendum huius societatis finem apta et idonea sunt: haec officia parentum sunt. Hos autem revereri ac obsequi, eorum dictis audientes esse, gratum eis animum exhibere, indigentibus opitulari, officia sunt liberorum; ad sancte societatem inter parentes et liberos servandam vel maxime utilia.

VII. Societas herilis ex inaequalitate possessionum nata est: natura enim evenit, ut indigentes suas operas locent iis, qui fundis ac possessionibus ditescunt. Quae, si naturae terminis continetur, nihil habet iniquum, nihil saevum: sed in servorum aeque ac dominorum utilitatem comparata est; domini victum, auxilium, opem servis praestant: servi dominorum utilitatem suis operis procurant. Quod si naturae terminis egressi fuerint mortales, servi fures, domestici hostes evadent; eo truculentiores quo occultiores: domini immane, saevum, sceleratum exercebunt imperium; horresco ad illa mulieris apud Iuvenalem:

Insane: itane servus homo est? nihil fecerit: esto.
Sic volo, sic iubeo, stet pro ratione voluntas.

VIII. Familia autem, omnis amicitiae omnisque Civitatis principium et scatebra, est societas ex coniugali et paterna coalescens, saepe etiam ex herili. Familiae caput et Rex est Pater: Regina Mater; in naturali statu quaelibet familia instar parvae est civitatis: eique omnia Reipublicae iura competunt. Hunc segregum familiarum statum eleganter describit Homerus, cum de Cyclopibus, veteribus Siciliae incolis narrat.

Nec fora consiliis fervent nec iudice, tantum
Antra colunt umbrosa: altisque in montibus aedes,
Quisque suos regit uxorem natosque, nec ulli
In commune vacat socias extendere curas.

Sed imperium paternum imminutum est, quo civile excresceret. Finis familiae est minima de malis, felicitas nempe: media virtus, la-

labor, iudicium, diligentia. Quae quis non honesta iustaque esse dicet? Quis ad obtinendum familiae finem non utilia esse contendet? Quatuor itaque ut familiarum scopum adipisci possint, parentes curare debent. I. Ut vera in familia Pietas, Deique praepotentis ac superorum metus vigeat. II. Ut nulla in parte regnet otium. III. Ut vitia omnia saltem graviora arceantur. IV. Ut in rerum usu nec sordida regnet avaritia, nec stulta luxuries membra corrumpat. Igitur hoc sit familiae decretum et suprema lex: nihil esse utile quod non sit honestum: iniusta et turpia non solum non utilia, sed maxime nocentia. Nam si cui aliud honestum videatur aliud utile, ab eo nulla fraus aberit, nullum facinus: sic enim cogitans res natura copulatas audebit errore divellere, qui fons est fraudum, maleficiorum, scelerum omnium.

Magnum sane confecimus argumentum: magnum profecto nostrae sententiae addidimus pondus: si enim Reipublicae partes omnes iustitia coalescunt et vigent, quis porro dubitabit ipsam Reipublicae procurationem sancta iuris observatione contineri? sed quoniam civitatis partes et fulcra sigillatim consideravimus, ad altiora pergamus, et universam Rempublicam attentius consideremus.

IX. *Nam genus humanum defessum vi colere aevum*
Et inimicitiis languebat, quo magis ipsum
Sponte sua cecidit sub leges arctaque iura.

Haec Lucretius, Epicureus homo; profecto familiae segreges non sat habebant virium, ut adversus improborum vim, rapinas, et insidias sese tutarentur. Itaque cum homines scelesti ac improbi arma iungerent, coetusque coirent, ut alios opprimerent, eorumque bonis vi et armis potirentur: opus omnino fuit honestos homines, iustumque colentes secum invicem conciliari, viresque iungere, ut improborum ausus atque impetus depellerent ac retardarent. Civilium igitur coetuum finis est felicitas et securitas, ut sapienter ab antiquis dictum sit: salutem Reipublicae supremam esse civitatis legem.

Quum ergo Civitas in societate tantae hominum multitudinis consistat, cuius iunctae vires vicinorum potentiae non sint impares: consensu proculdubio et pacto sive ultroneo sive vi extorto coagmentari debet. Quo pacto cives et de Reipublicae forma, et de personis, quibus imperium credendum est, conveniant. Formae autem civitatum tres simplices sunt, Monarchia, Aristocratia, Democratia, plures mixtae, quae ex simplicium varia combinatione nascuntur. Quodsi quis adversante populo non iure imperium invadit, rerumque potitur, imperium iniustum est, et forma Reipublicae illegitima; huius tres vulgo enumerantur species, Tyrannis, Oligarchia, et Oclocratia.

X. Cum vero in aliquam Reipublicae formam plures familiae conveniunt et coniurant mutuae securitatis causa, mutuique omnium praesidii: primum necesse est, ut imperium suum in civitatem conferant, summamque in ea nulli mortalium obnoxiam constituant potestatem, ex particulis imperii paterni conflatam. Quod civile imperium postquam constitutum, coniuratum est, omnia familiarum iura repraesentat, iusque nanciscitur summum omnia ad unitatem, securitatem, prosperitatem, felicitatem Reipublicae consilio, legibus, manu, quod interdum necessarium est, ducendi.

Itaque Respublica tunc eximiam atque praeclaram speciem exhibebit; cum cives sacrosancta et tremenda habeant imperii iura, atque teterrimum putent facinus, Imperii Maiestatem minuere, vel violare: ii vero qui summa rerum potiuntur, imperiumque tenent, securitatem civium, salutem Reipublicae, sanctamque iuris observationem in Republica gerenda semper ob oculos habeant. Propterea quod duo extremi ac exitiosissimi errores ab omni Republica atque civitate procul arcendi sunt, quo incolumis perdurare possit. Quorum alter eorum est, qui utilitatis larva decepti summum imperium, quod a Deo est, populo submittere audent, et cives adversus imperantes armant non sine immani ipsorum civium iactura, et bonorum omnium excidio. Alter eorum est, qui ut Principibus nefarie blandirentur, in summa fortuna id dixerunt esse aequius, quod validius; quo nihil Principibus exitiosius dici aut cogitari potuit. Potest enim ulli imperio, quod gloria fultum est ac benevolentia civium, utile esse odium? Igitur illa Theodosii et Valentiniani praeclara, et ex usu omnium: *Digna vox est maiestate regnantis, legibus alligatum se Principem profiteri: adeo de auctoritate iuris nostra pendet auctoritas.*

Ma-

XI. Maiestas autem imperii ad tutandos cives tum a mutuis iniuriis, tum ab hostium incursu comparata est; quot igitur sunt rationes atque viae, ut cives iuribus suis commode tranquilleque fruantur, et ab externa vi metuque hostium propugnentur: totidem sunt maiestatis iura; unde nata eorum descriptio est in interna, et externa. Quorum illis a mutuis iniuriis, his ab hostium impetu civium iura in tuto collocantur. Igitur et leges condere, et ius dicere, et poenas infligere, et Magistratus creare, et tributa ac vectigalia exigere, demum et ea omnia agere, quae ad civium felicitatem conservandam et amplificandam apta sunt, interna sunt Maiestatis iura. Bellum vero gerere, foedera pangere, legatos mittere, Rempublicam demum tutari, ac ab ingruentibus hostibus manu consilioque defendere, sunt externa iura Maiestatis.

In immensum excresceret hic libellus, si omnia Maiestatis iura sigillatim perquirere vellem; quid in eis utile, quid iustum sit inquirere; ac utilitatem ab honestate secernendam non esse ostendere; quare opportunius haec in exercitatione disserentur.

XII. Illa gravis quaestio et ardua visa est Philosophis, quaenam optima sit Reipublicae forma? in qua disputatione illa proculdubio optima tenenda est, quam quaeque gens longo ac diuturno usu edocta, utilem esse sibi ac iucundam experta est: sed in thesi ego Monarchiam caeteris praetulerim, cultis praesertim gentibus, quoniam paterno imperio similior est; itaque communem hominum sensum mihi expressisse videtur Homerus pervulgato illo: *Non est bonum multos imperare; unus sit rerum dominus, unus imperet.*

XIII. Principium autem Civitatis motivum in quacumque Reipublicae forma virtus est: quo minus ferenda Politici Galli sententia est, qui cum de principiis imperii motoribus, ac veluti totius regiminis vectibus disserit, sic rationes init, ut existimet principium motivum Democratiae esse virtutem, Monarchiae honorem; cum e converso nulla alia sit Reipublicae forma, quae magis virtute agatur, moveatur, et vigeat: quam Monarchia. Quod si unius virtutis varios aspectus considerare voluit: culpa certe non caret, quod tam obscure sententiam explicuerit; ac vocum energia tam misere deludi passus fuerit.

Opti-

Optima itaque Reipublicae forma Monarchia est, quae et motricem habeat virtutem, et cuius partes singulae iustitiam colant. Atque huius status felicitatem, rerumque copiam, aeternamque gloriam describens Homerus, iura dicentis Regis immortale nomen in coelum emigrare, ait; terram autem uberius fructus ferre, triticum et hordeum, gravari arbores fructibus, incolumes parere pecudes, ipsumque mare affluentius pisces praebere ex felicitate: virtutem quod exerceant populi sub iusto Rege.

ἦ γάρ σευ κλέος οὐρανὸν εὐρὺν ἱκάνει
Ὥστέ τευ ἢ βασιλῆος ἀνύμονος, ὅστε θεουδὴς
Ἀνδράσιν ἐν πολλοῖσι καὶ ἰφθίμοισιν ἀνάσσων,
Εὐδικίας ἀνέχησι· φέρησι δὲ γαῖα μέλαινα
Πυροὺς καὶ κριθὰς, βρίθησι δὲ δένδρεα καρπῷ:
Τίκτει δ' ἔμπεδα μῆλα· θάλασσα δὲ παρέχει ἰχθῦς
Ἐξ εὐηγεσίης· ἀρετῶσι δὲ λαοὶ ὑπ' αὐτοῦ.

Homer. *Odis.* 19. 109.

CERTÁMENES PÚBLICOS

DE MATEMÁTICAS,

QUE

EN EL REAL SEMINARIO DE NOBLES

TENDRÁN

LOS CABALLEROS SEMINARISTAS

D. JUAN ANTONIO MONTES DE LA PUENTE, CADETE del Regimiento de Reales Guardias de Infantería Española,

Y

D. JUAN NEPOMUCENO BERNUY Y HEREDIA, CADETE del Regimiento de Caballería de la Reyna.

EL PRIMERO

DE

TRIGONOMETRÍA PLANA,

APLICACION DE LA ALGEBRA A LA GEOMETRIA,

Y FORTIFICACION.

EL SEGUNDO

DE

GEOMETRÍA, Y ARITMÉTICA.

BAXO LA DIRECCION DEL PRIMER PROFESOR

D. FRANCISCO SUBIRÁS Y BARRA.

En los dias de Diciembre de 1776.

17 *á las* 3½ *de la* tarde
18 *á las* 10 *de la* mañana

MADRID.

Por D. Joachin Ibarra Impresor de Cámara de S. M.

Dirigiéndose los estudios de este Real Seminario á instruir á los Caballeros Seminaristas no solo en lo preciso para el cumplimiento de su obligacion, sino tambien en lo util para el desempeño de los mayores encargos, en los destinos peculiares á la Nobleza; la enseñanza de las Matemáticas debe ser mas fundamental, y extensa que la que acostumbra darse en las clases que tienen un objeto determinado. Pero como la solidez, y extension consisten en la exâctitud, y universalidad de los Principios; y ningunos mas exâctos que los de la Geometría de EUCLIDES; cimentamos los estudios con esta Obra restituida á su original, imitando á los primeros Matemáticos que siempre que se han propuesto crear Geómetras, han preferido estos Elementos, con el mismo orden, y conexîon que los escribió aquel Príncipe de la Geometría, á quantos

tos compendios se han hecho, ó transformaciones han padecido. En los demás tratados damos á las proposiciones toda la universalidad posible con el fin de radicar, y facilitar la ciencia; obligándonos la exâctitud á demostrar proposiciones que parecen evidentes, y á dexar tal vez el lenguage comun para hablar con alguna propiedad.

En la Fortificacion seguimos el método de los Ingenieros Españoles, añadiéndole algunas proposiciones que sobre los mismos principios subministran el Cálculo, la Geometría, y la Trigonometría.

CER-

CERTAMEN PRIMERO

DE

GEOMETRÍA,

Y

TRIGONOMETRÍA PLANA

TEÓRICA, Y PRÁCTICA.

GEOMETRÍA.

Contiene

Los Libros 1°, 2°, 3°, 4°, 5°, 6°, 11°, y 12° de los ELEMENTOS DE EUCLIDES.

LIBRO PRIMERO.

Proposicion 1. Problema.

Sobre una recta dada terminada construir un triángulo equilátero.

Proposicion 2. Problema.

De un punto dado tirar una recta igual á otra dada.

Proposicion 3. Problema.

Dadas dos rectas desiguales, cortar de la mayor una parte igual á la menor.

Proposicion 4. Teorema.

Si dos triángulos tienen dos lados del uno respectivamente iguales á dos lados del otro, é iguales los ángulos contenidos por estos lados, tendrán las bases iguales: el un triángulo será igual al otro, y los demás ángulos opuestos á lados iguales serán tambien iguales.

Proposicion 5. Teorema.

Los ángulos en la base del triángulo isósceles son iguales entre sí; y prolongados sus lados, serán tambien entre sí iguales los ángulos que están debaxo de la base.

Pro-

Proposicion 6. Teorema.

Si dos ángulos de un triángulo fuesen entre sí iguales, tambien lo serán los lados opuestos á ellos.

Proposicion 7. Teorema.

Sobre una misma base, y ácia una misma parte no se pueden construir dos triángulos, que tengan entre sí iguales cada dos lados, que salen de un extremo de ella.

Proposicion 8. Teorema.

Si dos triángulos tienen los dos lados del uno respectivamente iguales á los dos lados del otro, y las dos bases iguales; tendrán tambien iguales los ángulos comprehendidos por los lados.

Proposicion 9. Problema.

Dividir en dos partes iguales un ángulo rectilineo dado.

Proposicion 10. Problema.

Dividir en dos partes iguales una recta dada terminada.

Proposicion 11. Problema.

Elevar una perpendicular á una recta dada en un punto dado.

Proposicion 12. Problema.

De un punto dado fuera de una recta indefinida baxar á ella una perpendicular.

Proposicion 13. Teorema.

Quando una recta insiste sobre otra, forma dos ángulos; los quales serán, ó dos rectos, ó juntos iguales á dos rectos.

Proposicion 14. Teorema.

Si de un punto de una recta qualquiera se tiran otras dos ácia diferentes partes, haciendo con ella los ángulos contigúos igua-

iguales á dos rectos ; estarán estas dos líneas directamente ; esto es , formarán una recta.

Proposicion 15. Teorema.

Si dos rectas se cortan mutuamente ; formarán los ángulos verticales iguales entre sí.

Proposicion 16. Teorema.

Prolongado un lado de qualquier triángulo ; el ángulo externo es mayor que qualquiera de los internos opuestos.

Proposicion 17. Teorema.

Dos ángulos qualesquiera de todo triángulo tomados juntos, son menores que dos rectos.

Proposicion 18. Teorema.

En todo triángulo , el ángulo opuesto á mayor lado es mayor.

Proposicion 19. Teorema.

En todo triángulo el lado opuesto á mayor ángulo es mayor.

Proposicion 20. Teorema.

Dos lados qualesquiera de todo triángulo tomados juntos son mayores que el otro.

Proposicion 21. Teorema.

Si de los extremos de qualquier lado de un triángulo se tiran dos rectas á un punto dentro de él , serán menores que los otros dos lados del triángulo ; y el ángulo contenido por ellas será mayor que el comprehendido por dichos lados.

Proposicion 22. Problema.

Construir un triángulo , que tenga los lados iguales á tres rectas dadas , con tal que cada dos juntas sean mayores que la otra.

Proposicion 23. Problema.

En un punto dado de una recta dada construir sobre ella un ángulo rectilineo igual á otro dado.

Proposicion 24. Teorema.

Si dos triángulos tienen dos lados del uno respectivamente iguales á dos lados del otro, y desiguales los ángulos comprehendidos; el que tenga mayor ángulo tendrá mayor base.

Proposicion 25. Teorema.

Si dos triángulos tienen dos lados del uno respectivamente iguales á dos lados del otro, y desiguales las bases; el que tenga mayor base tendrá mayor ángulo comprehendido por los lados.

Proposicion 26. Teorema.

Si dos triángulos tuvieren dos ángulos del uno respectivamente iguales á dos ángulos del otro, y un lado igual á un lado, siendo estos los adyacentes á los ángulos iguales, ó los opuestos á ángulos iguales; tendrán tambien los otros lados respectivamente iguales entre sí, y el otro ángulo igual al otro ángulo.

Proposicion 27. Teorema.

Si una recta cayendo sobre otras dos forma los ángulos alternos iguales entre sí; estas rectas serán entre sí paralelas.

Proposicion 28. Teorema.

Si una recta cayendo sobre otras dos forma el ángulo externo igual al interno opuesto ácia la misma parte; ó bien los ángulos internos de una misma parte iguales á dos rectos; serán las dos lineas paralelas.

Proposicion 29. Teorema.

Cayendo una recta sobre dos paralelas, formará los ángulos alternos iguales entre sí; el externo igual á su interno opuesto de la mis-

misma parte; y los internos de la misma parte iguales á dos rectos.

Proposicion 30. Teorema.

Las rectas que son paralelas á una misma recta, son paralelas entre sí.

Proposicion 31. Problema.

Por un punto dado, tirar una paralela á una recta dada.

Proposicion 32. Teorema.

En todo triángulo, prolongado uno de sus lados, el ángulo externo es igual á los dos internos opuestos: y los tres ángulos internos de todo triángulo, son iguales á dos rectos.

Proposicion 33. Teorema.

Las rectas, que juntan ácia una misma parte los extremos de dos rectas iguales, y paralelas, son tambien iguales, y paralelas entre sí.

Proposicion 34. Teorema.

Los lados, y los ángulos opuestos del paralelogramo son entre sí iguales: y la diagonal divide al paralelogramo en dos partes iguales.

Proposicion 35. Teorema.

Los paralelogramos, que tienen una misma base, y están en unas mismas paralelas son iguales entre sí.

Proposicion 36. Teorema.

Los paralelogramos, que tienen bases iguales, y están en unas mismas paralelas, son iguales entre sí.

Proposicion 37. Teorema.

Los triángulos, que tienen una misma base, y están en unas mismas paralelas, son iguales entre sí.

Pro-

Proposicion 38. Teorema.

Los triángulos, que tienen bases iguales, y están en unas mismas paralelas, son iguales entre sí.

Proposicion 39. Teorema.

Los triángulos iguales, que tienen una misma base, y sus vértices ácia una misma parte, están en unas mismas paralelas.

Proposicion 40. Teorema.

Los triángulos iguales, que tienen las bases iguales, y *directamente, ó en linea recta*, y sus vértices ácia una misma parte, están en unas mismas paralelas.

Proposicion 41. Teorema.

Si un paralelogramo, y un triángulo tienen una misma base, y están en unas mismas paralelas; el paralelogramo será duplo del triángulo.

Proposicion 42. Problema.

Construir un paralelogramo igual á un triángulo dado, y que tenga un ángulo igual á un ángulo rectilineo dado.

Proposicion 43. Teorema.

Los complementos de los paralelogramos, que están baxo de la diagonal de un paralelogramo, son iguales entre sí.

Proposicion 44. Problema.

Sobre una recta dada construir un paralelogramo igual á un triángulo dado, y que tenga un ángulo igual á un ángulo rectilineo dado.

Proposicion 45. Problema.

